



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**


Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Mysteria Resvrrrectionis, Apparitionis, & Ascensionis, vsq[ue] ad  
Spiritus Sancti Aduentum & Euangelij promulgationem, complectitur

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38195](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38195)





M. 3177

22



R. P.  
LVDOVICI  
DE PONTE,  
E SOCIETATE  
IESV

MEDITATIONVM, DE  
PRAECIPVIS FIDEI NO-  
stræ Mysteriis, Vitæ ac Passionis D. N.  
IESV Christi; B. V. MARIAE &  
aliquorum Sanctorum, Eu-  
angeliorumque occur-  
rentium


PARS QVINTA,  
QVAE MYSTERIA RESVRRECTIONIS,  
*Apparitionis, & Ascensionis, vsq; ad Spiritus Sancti  
Aduentum & Euangelij promulgationem,  
complectitur.*

INTERPRETE  
R. P. MELCHIORE TREVINNIO  
eiusdem Societatis IESV Presbytero.

---

COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Kinckium, sub Monocerote.  
ANNO M. DC. XII.  
*Permissu Super. & priuil. Sacrae Cas. Maiest.*







INDEX MEDITATIONVM QVINTAE  
PARTIS.



INTRODVCTIO coniunctionis cum  
Deo, quae finis est via Vnitiva.

pag.

I

Meditatio prima, De Christi descensu ad Limbum, vt iustos ex eo educeret, ac de gloria, quam illis communicauit.

pag. 8.

- Med. 2. De Resurrectione Christi. 22
- Med. 3. De Apparitione Christi, sanctissima suae Matri facta, & qua ratione Angelis mulieribus manifestarint Christi Resurrectionem. 33
- Med. 4. De Apparitione facta Mariae Magdalena. 44
- Med. 5. De Apparitione facta alijs mulieribus simul cum Maria Magdalena. 61
- Med. 6. De Apparitione facta S. Petro. 66
- Med. 7. De facta duobus Discipulis euntibus in Emmaus. 74
- Med. 8. De Apparitione facta Apostolis simul ipse die Resurrectionis. 88
- Med. 9. Quod tunc dederit eis Christus Spiritum sanctum & potestatem remittendi peccata. 97
- Med. 10. De Apparitione facta Apostolis, praesente S. Thoma. 105
- Med. 11. De causis propter quas Resurrexit Christus cum signis vulnerum in pedibus manibus.
- V. Part. Med. 116



I N D E X.

<i>nibus &amp; latere.</i>	<i>pag. 113</i>
Med. 12. De Apparitione facta septem discipulis ad mare Tiberiadis.	120
Med. 13. Quod Christus in hac Apparitione fece- rit S. Petrum vniuersa Ecclesiae Pastorem.	129
Med. 14. De Apparitione facta discipulis in mon- te Galilee.	139
Med. 15. De Promissione Christi discipulis facta, quod esset mansurus cum illis, vsque ad con- summationem seculi.	150
Med. 16. De varijs Apparitionibus Christi, suis discipulis per quadraginta dies factis, & de modo quo spiritualiter visitat animas.	156
Med. 17. De Apparitione Christi, facta Apostolis in die Ascensionis sue.	166
Med. 18. De ipsa Christi Domini Ascensione.	175
Med. 19. De ingressu Christi in Caelum Empe- reum & eius sessione ad dexteram Patris.	185
Med. 20. De recollectione & oratione Apostolo- rum post Christi Ascensionem, vsque ad Spi- ritus sancti aduentum.	194
Med. 21. De electione S. Matthiae in Apostolum.	204
Med. 22. De ingenti beneficio, quod mundo con- tulit Deus, mittendo Spiritum sanctum.	212
Med. 23. De modo quo Spiritus sanctus descen- derit in discipulos, die Pentecostes.	223
Med. 24. De admirandis operibus quae fecit Spi- ritus sanctus per Apostolos, ipso die Penteco- stes.	244
Med. 25. De excellentissima viuendi ratione, quam Spiritus sanctus primis Christianis in- spira-	spira-



I N D E X.

<i>spiravit.</i>	252
Med. 26. De altissima perfectione, quam Spiritus sanctus per suas inspirationes communicat, ac de earum proprietatibus.	262
Med. 27. De septem donis, quae iustis infundit Spiritus sanctus, ut insignem sanctitatem consequantur.	272
Med. 28. De plenitudine Spiritus sancti communicata S. Stephano, qui in Martyrio suo vidit Christum.	285
Med. 29. De Christi Apparitione facta Saulo, ac de eius admiranda Conversione.	300
Med. 30. De ijs, quae Saulo in triduo, post Christi apparitionem, euenerunt.	317
Med. 31. De vita & heroicis virtutibus Sancti Pauli, post eius conversionem ubi etiam ponitur summa quadam perfectionis Evangelica.	333
Med. 32. De vocatione Cornelij Centurionis, & translatione quam habuit S. Petrus de conversione Gentium.	358
Med. 33. De admirandis virtutum exercitijs, quibus Beatissima Virgo occupabatur post Aduentum Spiritus S.	370
Med. 34. De glorioso Beatissima Virginis transitu.	386
Med. 35. De Assumptione B. Virgin. quoad animam supra omnes Choros Angelorum, & gloria eius essentiali, & Coronatione.	390
Med. 36. De Assumptione B. Virg. quoad eius corpus.	410
Med. 37.	



I N D E X.

- Med. 37. De heroica B. Virg. humilitate propter  
quam fuit exaltata supra Choros Angelo-  
rum. 417
- Med. 38. De deuotione erga B. Virginem, & qua  
bona ex ea nobis proueniant. 430
- Varij modi recitandi Rosarium, cum spiritu &  
deuotione. 437
- Med. 39. De vitis Sanctorum & felici eorum  
morte ac premio. 449

FINIS INDICIS QUINTAE  
PARTIS.



INTRO.



I N T R O D U C T I O  
 DE VNITIONE  
 CVM DEO, QVAE FI-  
 NIS EST VIAE VNI-  
 TIVAE.



EDITATIONES spectantes  
 ad eos, qui viam ambulant,  
 quam vocamus VNITI-  
 VAM, finem & scopum  
 habent vnitionem cū Deo  
 Domino nostro: de qua A-  
 postolus; a qui adhaeret Dō

*mino, vnus spiritus est cum eo. Et quamuis adhe-*  
 sio hæc & Vnitio, propriè sit virorum perfe-  
 ctorum; omnes tamen debent meritò ad eam  
 aspirare; & in eadem non modicam partem  
 habent, etiam qui sunt Tyrones. Ad cuius fa-  
 ciliorem intelligentiam, præmittimus tres  
 eius esse actus; *Primus* est Vnitionis ipsius in-  
 tellectus, cuius munus est, Deum intra seip-  
 sum portare, & in sua memoria illum hospi-  
 tari, cogitando de eo, & eum vera, propria,  
 plena, & perfectâ cogitatione ita intelligen-  
 do, vti ipsemet intellectus imago sit quædam,  
 & exemplar viuum ipsius Dei, in quem transf-  
 ormetur; iuxta illud Apostoli: *b nos omnes*  
*reuelata a facie* (non velata sicut Moyses) *gloriã*

1. Cor. 6.

17.

I.

S. Thom. 1.

2. q. 28. a. 1.

¶ 2.

b 2. Cor. 3.

18.



*Domini speculantes* (sicut in speculo) *in eandē imaginem transformamus à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu*. Quibus verbis docet nos Apostolus, Meditationem & cōtemplationem rerum Dei gloriosarum, non esse aliud, quā formare intra nos ipsos talem cognitionem, quæ sit viua earum imago, ita vt quidquid Deus gloriosum in se habet, habeam ego intra me ipsum per cognitionē, cōnādo, vt quotidie ea sit distinctior & clarior.

II.

Ex hac cognitione procedit secundus actus Vnitionis, qua ipsa volūtas vnitur, quæ impetu magno, à seipsa egrediens, bonitatem illam amplectitur, quam cognouit; eam amando, in ea sibi complacendo, & optimum, quem poterit, modum optando, ea fruendi. Hæc Vnitionis explicatur supremo illo & primo mandato, *c diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & de omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua*. Quibus verbis præscribitur nobis quidā amor ad eō perfectus & excellens, qui nostras omnes affectiones & desideria secum trahens, transferat in Deum, cum maxima, qua poterimus, intentione & continuatione. Affectus autem, qui ex hac Vnitione oriuntur, & in quibus exercere se oportet eos, qui eam his Meditationibus assequi conantur. Hi sunt: Admiratio maiestatis Dei, eius perfectionū, & operū admirabilium; gaudium ex hoc, quod ipse sit is, qui est, & qui tot in se habeat excellētias, faciatq; res ad eō gloriosas; laudes & gratiarum actiones, ob dona,

c Deut. 6. 5.  
d Luc. 10. 27

qu



quæ ab eo promanant; intima desideria eū videnti, possidendi, & vnitum ipsi semper manendi; desideria etiam inflammatissima illum honorandi, illi obediendi, & in rebus omnibus placendi, & vt vniuersi homines eū cognoscant, amēt, & illi seruiant; zelus feruens eius gloriæ, & salutis animarū, adiuncto etiam dolore de offensionibus cōtra ipsum; fiducia de eius bonitate & prouidētia, & eius iustitiæ timor, non abiectus ille & seruilis, e quē perfecta charitas foras mittit, sed filialis & reuerētis, qui timet à Deo separari, & aliquid facere, q̄ ipsū offendat, etiā si minimū; & huic affectui adiūgendus est dolor de peccatis, q̄ ab amore p̄cedit: nā vt alibi diximus, superior sãctitatis gradus sēper exercet actus inferioris gradus, quā p̄fectiori modo, quā ipse gradus inferior.

Ex hac Vnitione, oritur tertia, quæ est similitudinis in vita & moribus, fundata in perfecta conformitate cum voluntate diuina; dum habetur idē velle & nolle cum ipso Deo, in omnibus rebus siue prosperis siue aduersis: ex quo oritur continuata exercitatio virtutum omnium, quæ pertinent ad perfectionem vitæ Christianæ, quibus supremus ille gradus obtinetur; ad quem exhortatus est nos Christus Dominus noster, cū dixit: *estote vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*: Atq; si distinctiùs dixisset, estote puri, misericordes, prudentes, iusti, temperantes, & sancti, sicut Pater vester, qui est in cœlis. Et hac ratione perfectè impletur,

c. 2. Ioan. 4.  
18.

Introduc.  
totius op.  
v. 6. 4.

III.

f. Mat. 5. 48



g 2. Cor. 3.  
18.

h Psal. 83. 8

S. Thom. 2.

2. q. 186. a. 1

S. Dionys. de  
diuin. no-  
min. c. 2.

S. Bonauen.

de 7. Itiner.

aternit. i-

tin. 6.

Gerson 3.

part. tra-

ctat. de

Mystica

Theolog.

S. Bernard.

Serm. 23.

Et 24. in

Cant.

S. Thom. 2

2. q. 45. ar.

3. Et c.

quod Apostolus dixit, quod *g reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur*, accipientes intra nostrū spiritū, ipsius Dei virtutes, quibus efficimur similes gloriosæ ipsius diuinitati, *transseuntēs à claritate in claritatem*, hoc est à claritate cognitionis, ad claritatem affectus; & ab hac claritate ad claritatem virtutum, *h euntēs de virtute in virtutem, donec videatur clarè Deus Deorum in Sion.*

Ex dictis efficitur: vitam contemplatiuam, cū est perfecta, complecti hos tres modos Vnitionis, qui germanitatis quodam vinculo ita connectuntur, vt alter alterum plurimum iuuet. Cognitio enim Dei, amorem eius adiuuat; & hic, imitationem eius virtutum: amor autem & imitatio plurimum perficiunt ipsam cognitionem. Duo enim (dicunt communiter Magistri spiritūs) sunt modi Deum cognoscendi, *Alter est speculatiuus*, qui oritur ex naturali lumine nostri intellectus, lumine fidei illustrati; qui postea ratiocinatione & Meditatione, ascendit ad contemplandā Dei gloriam & excellentias, ex ijs, quæ videt in creaturis, aut quæ scripturis diuinis sunt reuelata, quæ sunt tanquā duo specula, siue speculæ, ad cognoscendum in hac vita Deū. *Alter moduscognoscendi Deum est practicus & experientia*, procedens à summo dono Spiritus S. qui dicitur sapientia, siue sapida Dei sciētia, qui (vt §. 1. Introduct. part. 4. insinuare cœpi-  
mus) fundatur in admirandis experientijs,

quas



quas in animabus nostris sentimus, ex illu-  
 strationibus cœlestibus, & affectibus, ac sua-  
 uitate charitatis & amoris Dei: de qua cogni-  
 tione dixit Dauid, *i gustate & videte, quàm* i *Psal. 33. 9.*  
*suaus est Dominus:* atque si diceret: experien-  
 tia delibate Dei suauitatem, & eius admiran-  
 dos effectus; hac enim ratione, ad eius visionē  
 peruenietis, sicut hic videri potest. Et Apost.  
 suadet esse *k radicos & fundatos in charita-* k *Ephes. 3.*  
*te,* & iucundissimis eius exercitijs, *vt possimus* 17.  
*comprehendere,* hoc est palpare, & ipsa experi-  
 entia sentire *cum omnibus sanctis,* magna  
 Dei; & *quæ sit latitudo charitatis eius, & lon-*  
*gitudō æternitatis, & sublimitas diuini ip-*  
*sius esse, & profundum sapientiæ eius; scire*  
*etiam supereminentem charitatem Christi,* quæ  
 exsuperat omnem cognitionem, quæ humana  
 scientia potest obtineri. Cuius altissimæ co-  
 gnitionis virtute, replebimur plenitudine  
 Dei, transformati in ipsum per Vnitionē per-  
 fectam: nam vt sapiens cum Deo colloquens,  
 dixit, *l nosse te consummata iustitiæ est; & scire* l *Sap. 15. 3.*  
*iustitiã & virtutem tuam, radix est immorta-*  
*litatis.* vita enim immortalis & æterna proce-  
 dit, vt dictum est, ex æterni Dei cognitione,  
 amore, & imitatione virtutum: adeo vt, *m qui*  
*Deum non diligit* (teste S. Ioan.) *nec noscat eū,* m *1. Ioan. 4. 8*  
*quoniam Deus charitas est:* charitas autem in  
 creata non cognoscitur perfectè, nisi experiē-  
 tia actuum & affectuum charitatis creatæ: sic  
 ut nunquam mellis viniq̄e dulcedo, & effi-  
 cacitas benè cognoscitur nisi prius delibe-



S. Thom. 2.  
2. q. 9. a. ad.  
2.  
n Rom. 12. 2

tur & gustetur. Et ob hanc causam dixit S. Thomas: licitum esse desiderare, Deum hac ratione cognoscere, & experiri eius bonitatē, & n voluntatem bonam, beneplacentem, & perfectam, ne vel in puncto ab ea deflectamus.

S. Thom. 2.  
2. q. 180. a.  
4.  
o Ioan. 17. 3

o Ioan. 17. 3

p Ioan. 10. 9

Ex dictis satis cognoscitur finis principalis Meditationum 5. huius & 6. partis, quæ ad primam Dei cognitionem diriguntur, vt secundā assequamur, & fruamur Vnitione infinitæ eius bonitatis & voluntatis, sicut est iam declaratum. Et quamuis ita res habeat, quod contemplatio & vnitio prædicta pro scopo principali habeant ipsam diuinitatem, & perfectiones Dei, cum quo fit vnus spiritus; respicit nihilominus etiam ipsius Dei incarnati humanitatem, & clarissima eius opera ac virtutes, in quibus elucet ipsius diuinitatis excellentiæ: nam (vt S. Ioan. dicit) o vita æterna non est solum Deum verum & viuum cognoscere, sed etiā quem ille misit IESVM Christum, mundi Saluatorem. Et qui sacratissimæ humanitatis mysteria, ab ipsa contemplatione voluerit semper excludere; excludetur & ipse, à percipiendis fructibus & deliciis æternæ vitæ: ita enim ipse Christus Dominus dixit; p ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet; quod est dicere, ego quā homo, sum ostium, per quod quis ingreditur ad Deum; qui itaque per me ingredietur, viua fide credens in me, & in Patrem meum salutem, & vitā æternam consequetur: ingredietur, & egredietur, progrediens à cō-

fide.



sideratione mysteriorum humanitatis meæ,  
 vsque ad altissima diuinitatis meæ secreta; &  
 ab his reuertetur ad illa; & in omnibus, inue-  
 nient spiritualia deuotionis pasqua, pro anima  
 sua. Et quoniam vita Christi Domini nostri,  
 duas partes complectitur; alteram mortalem  
 & patibilem, de qua hactenus egimus; alterā  
 immortalem & impatibilem, postquam re-  
 surrexit, quam nunc viuit, & in qua excellen-  
 ter resplendent gloriosissimæ eius diuinita-  
 tatis excellentiæ: *quam* (vt ait Apost. ) *et si cru-*  
*cifixus est ex infirmitate hominis, sed viuit ex*  
*virtute Dei.* Hinc est quod Meditationes glo-  
 rificatæ huius vitæ Christi Domini nostri ( de  
 quibus in quinta hac parte agitur ) pertineant  
 præcipuè ad perfectos, qui iam reliquas per-  
 tranfierunt, quorum nomine dixit idē Apost.  
*et si cognouimus secundum carnem Christū: sed*  
*nunc iam non sic nouimus:* atq; si diceret ( vt ex-  
 plicat S. Thomas ) et si hactenus cognouimus  
 Christum in carne mortali, & subiectum car-  
 nis nostræ miserijs, illumque amabamus a-  
 more quodam, cui aliqua affectio carnis ad-  
 miscebatur; sed nunc iam non sic nouimus,  
 nec hoc modo amamus, sed contemplamur  
 illum in carne immortali & glorificata, & a-  
 mamus amore puro, & ab omni carnis &  
 sanguinis sapore purgato. Quod ap-  
 parebit in praxi sequentium  
 Meditationum.

(::)

1. Cor. 13.

4.

2. Cor. 5.

16.

Lectioe 4.



## MEDITATIO I.

DE GLORIOSO CHRISTI  
Domini nostri ad Lymbum descen-  
su, vt iustos inde educeret; & de  
gloria quam illis com-  
municauit.

## PUNCTVM I.



RO fundamento huius Me-  
ditationis considerandum  
est, quis ille sit locus Lym-  
bi, quæ personæ in illo de-  
tinerentur, & quæ earum  
esset occupatio vsque ad  
Christi ipsius mortem.

I.

Zach. 9. 11.

LYMBVS est locus quidã subterraneus, qui  
propterea infernus dicitur, cū dicimus Chri-  
stum Dñm nostrum ad inferos descendisse; qui  
etiã appellat̃ *lacus sine aqua & vincitorũ Carcer*  
obscur⁹, &reis porti., ferreisq; seris adeò forti-  
bus clausus, vt nulla aut humana aut Angeli-  
ca potestas, ad eas confringēdas esset sufficiēs;  
nec ad educēdũ inde aliquē, qui eò esset semel  
ingressus. In hoc Lymbo, quasi in deposito &  
carcere tenebantur animæ omniũ iustorũ, et  
iãsi fuissent sanctissimi, eò quod nullus posset  
ingredi cœlũ, propter peccatũ Adami, donec  
Christus Dñs pro omnibus moreretur. Erat ita-  
q; ibi ipsemet Adamus & Eua, Abel filius  
eius Noe, & Abraham, cum SS. Patriarchis,

Moyles



Moyſes & Dauid, cum Prophetis, & magnus Baptiſta, ac Sanctus Ioseph, cum ceteris iuſtis, qui ante Chriſti Paſſionem obierant.

CONTINVA eorum omnium occupatio erat, ſuſpirare aduentum Meſſiæ, vt illos inde liberaret; claramque Dei viſionem ipsis communicaret: quiſque autem affectuoſam illam orationem ſæpius ibi repetuerit, quam viuës dicere conſueuiſſet. Dauid dixerit: a *Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* b *Excita potentiam tuam, & veni vt ſaluos facias nos.* c *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus: ſitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* d *vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes, qui ſuprà nos ſunt, deſtuerent: e Rorate cæli de ſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiat ſe terra, & germinet Saluatorem.* Similiter cæteri Sancti, feruentibus deſiderijs & ſuſpirijs, inceſſanter orationes ſuas repetuerint, foelicem illum diem ſuæ redemptionis expectantes, quamuis non ſine illo dolore, de quo ſapiens ait: f *Spes qua differtur, affligit animam: quæ tamen, cum prope eſt, vt deſiderium impleatur, exultat.* Et ita deſcendens ad illos S. Ioânes Baptiſta, & exercens etiam ibi Præcurſoris manus, quod habuerat in mûdo, plurimùm illos exhilarauit, dicens; gaudete & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.

II.

a *Pſal. 84. 8.*b *Pſal. 79. 3.*c *Pſal. 41. 1.*d *Iſai. 64. 1.*e *Iſai. 45. 8.*f *Prou. 13. 12.*g *Luc. 21. 25.*



EX hac consideratione, similes deducam affectus, cogitans animam meam, vincam & captiuam in hoc corpore detineri, tanquam in Lympo & carcere tenebroso, gemens ac desiderans venire CHRISTVM Dominum nostrum ad illam liberadam & secum deducendam, *g desiderium habens cum Apostolo dissolui & esse cum Christo, & gemens cum eodem, infelix ego homo quis liberabit de corpore mortis huius? & cum Dauide? h Educ de custodia hac animam meam ad confitendum nomini tuo.*

*g Phil. 2. 23.*

*h Psal. 141. 8*

HI & similes alij affectus, familiares & veluti proprij sunt hominum perfectorum, qui coeperunt gustare Diuinæ vnitionis suauitatem; cuius absentiam grauiter sentientes, dicunt cum Dauide: *i fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie; vbi est Deus tuus?*

*i Psal. 41. 4.*

PVNCTVM II.

*S. Thom. 3.  
p. 9. 52. in  
Symb. De-  
scendit ad  
Inferos.*

STATIM atque Christus Dominus noster in cruce exspirauit, remanente in ea eius corpore, Diuinitati coniuncto; sanctissima eius anima, eidem etiam diuinitati cōiuncta, ad Lympum descēdit, vt iustorum animas ibi detentas, inde eriperet. Hoc facto patefecit diuinum verbum incarnatum easdem virtutes, quas in suo aduentu in mundum manifestauerat: vt nos intelligeremus, etiam post mortem suam, nō esse illarum oblitum. Quas meritō expēdere debemus, vt eiusdem Domini amore accendamus: Præcipuè verò duas.

PRIMA



I.

PRIMA virtus fuit immensa, ipsius BONITAS ET CHARITAS quæ ipsum permouit, vt per seipsum veniret ad saluandum mundum, quãuis id potuisset etiã alijs præstare medijs: sic etiã, quamuis potuisset has iustorũ animas, è Lyngo liberare, non descendens eò per se ipsum, siquidem vel verbo illas potuisset inde educere, sicut Lazarum eduxit ex sepulchro, solo illo verbo, *Lazare veni foras*; vel Angelos mittere, qui illas ad suum conspectum deducerent: nihil tamen horum voluit, sed vt ipsa met anima sua realiter & verè ad Lyngum descendens, illis ostenderet amorem, quem erga illas habebat, & quanti illas faceret, & quàm sibi placuissent illorum obsequia; & ipsamet per se ipsum, passionis ac mortis suæ fructum illis applicaret, iuxta id, quod prædictum erat: *a Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* O æterne animarum amator, quem es ebrius amore earum, qui nec ad punctum potes esse sine illis! nam statim atq; desisti viuere inter homines, voluisti animam tuã viuere cum animabus; & esse, vbi illæ sunt, ea illis bona præstans, quæ ante mortem tuam hominibus præstabas. Veni Domine, & visita animam meam, coniungere illi, eamque amore isto tuo ita inebria, vt à te nõquam separetur, neque aliud vnquam velit, quàm semper tibi coniunctam esse. Amen.

II.

SECUNDA virtus fuit profundissima  
HVMILITAS, quam exercuit, non solùm  
ad mi-



I ad miseram hanc terram descendens, sed etiam ad infimam eius partem, quæ carcer erat, pœnaque peccatorum, per aliquot horas ibi subsistens, non ut vinctus: sed ut vinctorum liberator: ut hac ad infimum vsque terræ humiliatione, consequeretur exaltationem, vsque ad supremum cœli, iuxta illud Apostoli,  
 b *Ephe. 4. 9.* *b quod autem ascendit; quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ.* O humillime Domine, qui post victoriam obtentam, eâ vis gaudere, tot indicijs humilitatis, cōcede mihi, ut me humiliem, & ad vltimum locum descendam, in quo diutius immorer,  
 c *Luc. 14. 11.* *c sciens c quia eadem mensura, qua quis in terra se humiliat, exaltabitur in cœlo.*

## PUNCTVM. III.

I.

**Q**VAMVIS ingressus Christi Domini nostri in Lybnum, fuit in momento, & absque vlla resistantia; licet tamen eius modum, & insignem pompam perpendere, qua ingressus est; cogitando, sanctissimam illam animam, multis Angelis tanquam famulis & ministris suis stipatam descendisse, qui verba illa præmiserint: (quamuis ad litteram, præcipuè de eiusdem Christi Domini in cœlum ingressu intelligantur, ut postea videbimus) *Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ eternales: & introibit Rex gloria,* quibus principibus interrogantibus: *quis est iste Rex gloria?* Responderunt: *Dominus fortis*

a *Psal. 23.*  
7. 10.

*& po-*



*& potens: Dominus potens in pralio.* O Rex gloriosissime, gaudeo, quòd gloria & fortitudo tua ab Angelis promulgetur, & quidem ipsis Dæmonibus; vt te agnoscant, & tuis pedibus prostratos, tibi se dedant. O Rex fortissime, & potentissime, quàm est recens tua fortitudo, & quam fortis tua potentia; si quidem in pugna occumbens, victor tamen ex ea euadis ipsam mortem manctando, & eius vincendo auctorem!

FINXERVNT principes tenebrarum, se surdos ad hoc primum mādatum; quod cūm Angeli secundo repeterent; eandem illi quæstionem proposuerunt; quibus responderunt Angeli: *Dominus virtutum, ipse est Rex gloria.* O Rex gloria, quàm aptè conuenit tibi nomen, *Domini virtutum*; quia verè es Dominus charitatis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ, & cæterarum virtutum cœlestium, quas in Passionis tuæ pugna nobis comparasti; quas instar prædæ & spoliolum, tuis electis distribuis. Es quoque Dominus virtutum, quia omnia opera sancta, fortia, & gloriosa à te procedunt, quibus tui regni gloriã patefacis, tuosque subditos gloriosos facis: tu Dominus es virtutum cœlestium; & tuo dominio subiiciuntur Potestates, & Dominationes, & omnis militia curiæ cœlestis; in cuius præsentia, omnes illæ tremunt, & se ipsas prosternunt, adorantes te tanquam Deum suum, Regem suum, & supremū Dominum. O Domine virtutum, fac me earum participem; si quidem pro me

II.

illas



illas comparasti. O Domine charitatis, infunde illam cordi meo, ut amore tuo totum liquecat. O Domine humilitatis, fac illam altis in anima mea radices iacere, ut in conspectu tuo gratiam inueniam.

## III.

DENIQUE perpendam gloriosi huius Regis omnipotentiam, qui virtute sui, sanguinis, confregit & contriuit seras & portas infernales, penetrans nullo resistente, ad profundum chaos & inferiorem partem terre, ut extraheret inde vinctos, dissolutis eorum catenis. Quapropter gaudere debeo, & cum Dauide cantare, *b Confiteantur Domino, misericordia eius, & mirabilia eius filiis hominum: quia contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit: Portæ areae sunt peccata mea, quæ ingressum Deo in animam meam prohibent; vectes ferrei, obices sunt, à Dæmone & carne appositi, ne Deus illos dissoluat; catenæ fortissimæ sunt Passiones, quibus vinctus teneor, ne bonum faciam, quod vellem. Confiteantur ergo tibi, Saluator mi, tuæ misericordiæ, & vniuersus mundus te glorificet, propter mirabilia, quæ facis erga filios hominum: quia tuâ omnipotentia confringis hæc omnia impedimenta, portas, vectes & catenas ferreas, ut pateat tibi aditus in animas nostras, easque vindices in libertatem: contere, Domine, meas, & ingredere animam meam, ut te glorificet, & misericordias tuas cantet in æternum. Amen.*

*b Psal. 106.  
15.*



## PUNCTVM IV.

**I**NGRESSA itaque sanctissima Christi Domini nostri anima in Lymbum, illustravit cęlesti quodam lumine oēs illas tenebras, vt sapientia diuina incarnata, impleret quod promisit, cum dixit : *a Penetrabo omnes inferiores partes terra, & inspiciam oēs dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* 2 Eccl. 24. 45.

Statim autē omnib. illis animabus, quę ipsum expectabant, impertiuit lumen quoddā glorię, quo diuinam essentiam & maiestatem sui Liberatoris aspicientes, omnes fuerunt glorificatę; Lybo illo in cęlum, & carcere victorum, in beatorū Paradysum commutatis.

**CIRCA** hoc consideranda in primis est ingens illarū animarū læticia, ex repētina & admirāda sui status mutatione, & subita Dei visione, quę suprema est beatitas, qua nunc fruuntur. O quām saturę fuerint, quām plenē sibi fati factum, pręmiumque pręteritorum omnium laborum sibi redditum iudicauerint! quām gratas ei se exhibuerint, qui tantum bonum, tantis proprijs expensis illis comparauerit! omnes illum adorauerint, omnes laudauerint, & de tanta victoria fuerint congratulati. Licebit imaginari per choros illos accessisse, vt illa pręstarent, eumque recognoscerent, vt euenire solet, quando Rex nouus in suum regnum primū ingreditur.

**PRIMVS** Chor<sup>o</sup> fuerit Patriarchar. cū omnib<sup>o</sup> filijs, q<sup>ui</sup> illorū fidei & sãctitatis hęredes fue-

runt;



runt; qui omnes illum adorantes, supremum suum Patriarcham, & Patrem futuri sæculi agnouerunt, se eius filios confitentes & laudantes, ob cœlestem hæreditatem, quam ipsis acquisuerat. Mox sequebatur secundus Chorus Prophetarum, qui vt supremum Prophetam illum agnouerunt, gratias agentes quòd omnia à se prædicta, plenè ipse impleuisset: sicut etiam quæ per ipsos ille promiserat. Hunc secutus est tertius Chorus summorum Sacerdotum & Leuitarum, qui ipsum tãquam summum & supremum Sacerdotem, adorantes, gratias egerint, ob sacrificium ab ipso in cruce oblatum, pro omnium peccatis. Secutus est quartus Chorus Sanctorum ducum, Iudicum, & Regum, cum reliqua electa multitudine populi Dei, qui illum vt supremum Regem cœli & terræ adorantes, congratulati fuerint de obtenta victoria contra Principes tenebrarum, & confracta superbia illius, qui vocatur Rex filiorum Superbiæ. Accessit deinde quintus Chorus illustrissimorum Martyrum, ab Abel vsque ad innocentes infantes, qui ab Herode fuerunt occisi, qui omnes ipsum adorantes, gloriosum Martyrum Regem fuerint confessi, gratias agentes, ob illustre Martyrium, quod in cruce sustinuit.

OMNES hi quinque Chori, ducem & signiferum suum habebant, gloriosissimum Prophetam, Martyrem, & Præcursores Christi, Sanctum Ioannem Baptistam: qui omnes vna voce, & Diuino quodam concentu, cecinerunt

diui-



diuinum illud canticum Apocalypsis : b *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Et illud alterum : c *dignus es Domine, aperire has portas æternales, quoniam occisus es pro nobis & redemisti nos Deo, in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus tecum super terram.* Et mox coronas gloriæ, quas habebant accipientes, & confitentes, eas non suas, sed diuini huius Agni esse, proiecere ad eius pedes dicentes : d *Dignus es, Domine DEVS noster, accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Tu nos redemisti, & has nobis coronas comparasti, ideoque tuæ sunt, tibi que omnis debetur gloria, in sæcula Amen. Cùm singulis hisce Choris, decet, easdem me laudes Christo Domino decantare, eum que vt Patriarcham, Prophetam, Sacerdotem, Regem, & Martyrem eminentissimum & omnium præstantissimum laudare.

HINC pergam, considerare immensum gaudium, quo fuerit affecta ipsius Christi Domini anima, cùm tantam animarum multitudinem vidit sanguine suo redemptam ! O quantum fuerit gauisa, quod venerit in mūdum ad illas redimendas ! O quàm bene collocatos iudicauerit oēs suæ Passionis labores, dum vidit primos hosce fructus adeò copiosos. Hic vidit impletum, quod æternus Pater promiserat, di-

b Apoc. 5. 12

c Apoc. 5. 9.

d Apoc. 4. 11.

II.



cens: e pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: ideo dispersitiam ei plurimos filios & subditos, & fortiū diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. O dulcissime Redemptor, congratulor tibi de isto gaudio, quo afficeris in præmium tristitiæ ac doloris, quem iustinuisti: aptè quidem conueniunt quinque hi Sanctorum chori, quinq; vulneribus, quibus illos à Dæmonis seruitute redemisti: decet omnino gaudere de tanta filiorum multitudine, quam tibi Pater æternus dedit; agoque tibi gratias, ob diuisa cum eis spolia; tanto cuius præmio collato, quantus eius fuit labor: Largire & mihi aliquid horum spoliolorum, vt feruiam tibi, sicut isti sancti fecerunt; & eò perueniam, vt præmio illo fruam, quod illi sunt consecuti, Amen.

Ex his omnibus denique, longam in Deo fiduciam concipiam; vt non defatiger sperando; nec sim anxius propter ipsius dilationes & moras: siquidem nullus est terminus, qui tandem non perueniat; & in vno momento ac repente tantum ipse infundat gaudium, vt pro multorum annorum laboribus abunde rependat.

## PUNCTVM V.

S. Thom. 3.  
p. q. 52. a. 4.

**M**ANSIT Christus Dominus noster in Lybbo, toto tēpore, quo fuit corpus eius in sepulchro, triginta sex videlicet aut quadraginta horis, exercens in eo car-

cere



cere humilitatem & charitatem, & iustis præmium tribuens in eo loco, qui fuerat illis instrumentum laboris. Verùm non destitit, admiranda ibi opera facere, quibus illorum iustorum gaudium auget.

IN PRIMIS, paucis horis, postquam ipse eò descenderat, peruenit anima foelicis illius latronis, cui impleuit ipse Redemptor verbum, quod in cruce dixerat: *a hodie mecum eris in paradiso*: nam, cum primùm peruenit, illam collocauit in coelesti paradiso, in clara scilicet Dei visione, ex qua omnes deliciae profluunt, quæ sunt in Paradiso. Et quoniam CHRISTVS Dominus consuevit eos valde honorare, qui ipsum honorarunt: ibi in omnium illorum conspectu, animam illam honorauit, referens toti illi coetui, qua ratione, inter tot, qui ipsum in cruce pendentem, irridebant, & blasphemabant, bonus ipse latro, ipsum verum Regem & Deum confessus fuisset. & tunc omnes illi iusti gratias bono latroni egerunt, ob talem confessionem, adeò opportunè factam in honorem Dei & Domini sui; & gauisi cum eo fuerunt: ipse verò laudauerit proculdubio eum vehementer, qui tantum præmium redderet, pro obsequio tam exili. Gaude anima mea, & exulta in Deo salutari tuo, amplectere lubens crucem; ex qua latro vnus descendit ad paradysum, & glorificatur cum Christo, quem fuit in ipsa confessus.

DEINDE credendum est, in eodem horarum

B 2 decur-

I.

a Luc. 23.

43.

II.



decurfu, quibus fuit ibi Chriftus, etiam fpoliaffe Purgatorium, & eduxiffe inde animas, quæ purgabantur, accelerando folutionē debiti, earum applicata illis aliqua indulgentia, ex virtute pretiofi fanguinis fui, in paffione recens effufi. Expediuerit ergo fortè aliquos Angelos ad Purgatorium, qui nunc has, nunc illas animas ad fe adducerent, magno earum gaudio; tum quòd fe à tantis pēnis expeditas; tum quòd fui liberatoris gloriam, & iucundiffimam aliarum animarum, quæ ibi erant, focietatem viderent: quæ viciffim recēs venientibus congaudebant; illarum gaudiū, fuum proprium reputantes, iuxta leges charitatis. O liberaliffime Redemptor; recordare in hoc die noftri, qui in mortali hac vita degimus, peccata noftra afflictionibus & tribulationibus, quas in ea patimur, purgantes: commuta planctum noftrum in gaudium; purifica nos à culpis, & remitte pēnas omnes, quas noftris culpis promeriti fumus.

## III.

ULTIMÒ, licet perpendere rabiem damnatorum, qui perfentientes Chrifti descēfum in Lymbum; viderunt fe relinqui, nec vllam fui rationem haberi: quia digni non erant, quos Chriftus vifitaret, & fua præfentia confoletur; quin potius ipfos confudit, & pudore affecit, eò quòd noluerint in tempore, medijs illis vti, quæ ipfe ftatuerat, ad veniam peccatorum impetrandam. Nominatim autem licet æftimare pēnam & rabiem infelicis Iudæ, & mali latronis, qui Diabolico furore in fe

ipfos



ipfos proculdubio fremuerint, quòd nò essent  
vñ opportuna occasione, quã habuit alter in  
ipsa schola Christi, alter in cruce. Ex quo  
cautior reddar, vt attendam diligentius, quo-  
modo viuã; quia sanguis Christi, vt neminem  
ex Inferno educit, qui semel sit eò ingressus:  
ita nec prohibet obstinatum eò descendere,  
qui deprauato suo libero Arbitrio sangui-  
nem ipsum contemnit.

PERPENDAM quoque confusionem & pu-  
dorem Luciferi, & reliquorum principum te-  
nebrarum, cùm se viderunt à Christo supera-  
tos, & ab eius omnipotentia ligatos; vinctos  
vero, quos spatio quinq; millium annorum &  
amplius collegerant, liberatos iam & solu-  
tos. O quanta fuerit ipsorum rabies, cum se  
viderunt ad pedes Christi prostratos, quanta  
quoque fuerit ipsius Christi gloria, cùm eos  
vidit pedibus suis subiectos. Tunc enim, vt  
ait Apostolus, *b expolians Principatus potētia* b Colos. 1. 15.  
*sua, Potestates magna sua auctoritate traduxit*  
*confidenter*, prædam magna fortitudine ab il-  
lis extrahens, *palam triumphans illos in semet-*  
*ipso* propria sua virtute, & iustitiæ suæ mani-  
festatione, coram multitudine Angelorum,  
qui iudicio huic adstiterunt. Gaudeo, Salua-  
tor mi, de hoc tuo triumpho, contra potesta-  
tes illas infernales, & quòd tanta tua magna-  
nimitate, *c omnia illis spolia detraxeris, & vni-* c Luc. 11. 22.  
*uersa arma eorum abstuleris, in quibus confide-*  
*bant*. Triumpham etiam, Domine, de eisdem in  
me, virtutem & gratiam tuã mihi tribuens, ad



illos vincendos ; mea siquidem victoria, erit tua : omnes enim, qui illos vincimus, per te vincimus, cui sit honor & gloria in sæcula, Amen.

MEDITATIO II.  
DE CHRISTI DO-  
mini nostri Resurre-  
ctione.

PUNCTVM I.



CCEDENTE die tertio post eius Passionem, qui erat dies Dominicus mane, exiit anima Christi Domini ex Lybbo, cum illis choris animarum iustarum, quas secū habebat, & rectā tendit ad sepulchrū, in quo eius corpus iacebat.

I.

PERPENDENDA hīc primū est causa, cur Christus Dominus Resurrectionem suā accelerauerit: cū enim dixisset: *a sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terra, tribus diebus & tribus noctibus.* Hoc tempus, quantū verbi sui veritas patiebatur, abbreviauit, accipiens ex ipsis tribus diebus partē aliquam, eamque valde breuem, partem videlicet feriæ sextæ, quæ fuit vesper; & diei Dominicæ, quæ fuit mane, Ad quod faciendum, impulit eum

immensa

S. Thom 3.  
p. q. 53. &  
54.

a Matt. 12.  
40.  
Iona 2. 1.



immensa eius charitas; vt discipulis, in tenebris infidelitatis hærentibus, & consolationi, afflictissimæ matris, omniumq; sibi charorū, quàm posset citissimè subueniret; & vt ipsum mundum gloria sui corporis illustrans eum exhilararet, sicut Lymbum, animæ suæ gloria illustrauit & exhilarauit. Gratias tibi, dulcissime Saluator, ob sollicitudinem, quam de tuis geris, & celeritatem, quæ eorum consolationi & remedio occurris. *b Perfecisti cursum tuum, sicut sol: exultans vt gigas, ad curendam viam tuam*, prolixiorẽ multo diem tuum faciens, quàm noctem; siquidem dies vitæ, durauit triginta tres annos, illuminans semper mundum, qui aliàs manebat in tenebris; nox verò tuæ mortis, triginta sex horis durauit: & iterum ortuses cum noua luce, vt eos consolares, qui ob tuam absentiam tristes remanserant. Accelera, quæso Domine, lumen Diuinæ tuæ visionis, vt anima mea respiret præsentia gratiæ tuæ.

b Psal. 118. 6.

VOLVIT etiam CHRISTVS Dominus noster, mortem suam esse vesperi, ad solis occasum: Resurrectionem verò mane, ad solis ortum: vt nobis significaret; *c mori se propter delicta nostra*, quibus nos cœlesti luce priuauimus, & splendore Diuinæ gratiæ; *Resurgere verò* (vt ait Apostolus) *propter iustificationem nostram*; & vt suam gratiam nobis restitueret, simulque gaudium, reiectis præteritis lacrymis & tristitia, iuxta illud Dauidis, *d ad vesperum demora-*

II.

c Rom. 4. 25.

d Psal. 119. 6.



*bitur fletus, & ad matutinum letitia.*

III.

*c Gen. 32. 10*

*f Exod. 15. 1.*

DENIQUE perpendam ingens illud gaudiū, quo sanctissima anima Christi Domini nostri, è Lybno exiuerit, insigni adeo & splendido stipatus comitatu, de inferno triumphans, quē tantā prædā spoliauerat: qui verba illa Iacob usurpare sibi poterat, *e in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior;* ac dicere, in baculo crucis meæ, ita solus transiui hunc mundū, vt non esset vir mecum, qui me adiuuaret; nunc redeo cum duabus turmis iustorum vtriusq; legis, naturalis & scriptæ. O quàm hilares ascendebant illustres illæ duæ turmæ, quæ alternantibus choris, ducis sui triumphum sine dubio cecinerint, dicentes: *f Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare, fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem; iste DEVS meus & glorificabo eum, DEVS Patris mei, & exaltabo eum; Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius, currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare, Ingredere & tu, anima mea, in splendidas illas animarum sanctarum turmas; & lauda cum illis supremum hunc ducem tuum, confidens, te quoque fore illarum gloriæ participem.*

PUNCTVM, II.

I.

**P**ERVENIENS CHRISTVS Dominus ad sepulchrum; Primùm omnium ostendit

roti



toti illi comitatu horendam corporis sui figuram; ut viderent, quanti ipsi steterit illorum remedium; & quando omnes illæ animæ benedictæ, corpus in sepulchro iacens viderunt, liuidum totum ac luxatum, proprioq; sanguine tinctum, ac tot partibus quinque præcipuè vulneribus, pedum, manuum, & lateris perforatum; laudauerint proculdubio iterum suum liberatorem, gratiasque immensas egerint, pro impertita sibi libertate, tantis ipsius impensis.

Mox Christus Dominus noster, sua omnipotentia (& fortè etiam Angelorum ministerio) collegit totum sanguinem, quem in sua passione effuderat, suoque loco restituit. Iuerint itaque aliqui Angeli ad hortum Gethsemani, alij ad prætorium Pilati, alij ad ipsum Caluariæ montem, & collegerint sui Domini sanguinem, qui in illis locis fuerat sparsus, idque summa reuerentia, eò quòd esset ipsi diuinitati coniunctus; quo collecto, repletæ sunt venæ sacratissimi corporis. Tulerunt quoque pilos & capillos, ex capite & barba ipsius Domini viuentis extractos: ut hic quoque impleretur, quod suis ipse Christus promiserat, *g capillus de capite vestro non peribit.* Luc. 21. 18

O sanguis pretiosissime, gaudeo te proprio loco esse restitutum! talis enim sanguis non debuit esse nisi in tali corpore; & sanguis Dei, non alias venas implere debuit, quàm Dei, in quibus iam æternum manebis; ut sis pretium nostræ redemptionis, lauacrum nostrarum

I L.



culparum, nostrum nutrimentum, & potus, in sanctissimo Sacramento, & altaris sacrificio.

## III.

Mox ingressa illa sanctissima anima in corpus, illud transmutavit, & multò excellentiùs transfiguravit, quàm in monte Thabor: exiit illud ferali illo amictu, quo erat involutum; absterfit myrrham, qua fuerat inunctum; & omnes foeditates & maculas abstulit: tribuit verò illi in æternum quatuor gloriæ dotes, *Claritatem, Immortalitatem, & Impatibilitatē; Agilitatem, & Subtilitatem.* quibus corpus illud pulchrius, & millies splendidius euasit, quàm ipse sol; imò quælibet eius pars, instar erat Solis, immensæ claritatis & pulchritudinis; præcipuè verò quinq; illa vulnera (quæ voluit in ipso corpore remanere, propter causas postea adferendas) radios emittebant stupendi splendoris, qui pedes ipsos, manus, & latus, admirandum in modum exornabant, vulnera quoq; à coronæ spinis facta, gloriosissimum quoddam diadema conficiebant, quod sacrum ipsum caput mirificè decorabat. Eodem verò momēto, propter dorem subtilitatis, egressus est è sepulchro, penetrans grandem illum lapidem, quo claudabatur, nullo ab eius duritie obice obiecto. O quantum gaudium senserit sacratissima illa anima, videns corpus suum iam glorificatum! quam libenter illud amplexa est, tanquã perpetuam suam mansionem! Quàm item corpus ipsum sanctissimum fuit lætum, cum

se vi-



se vidit dotibus illis gloriæ exornatum, pro doloribus & ignominis, quas viuens perpeffum fuerat. O Rex gloriæ, qui tanquam nouus homo iterum venis in mundum, innouato habitu, ad nouam vitam plenam maiestate ducendam, fit tibi fælix recens ifta natiuitas, de qua, Apoftolo teste, pater tuus dixit, *h ego hodie genui te*, quæ non fuit minus ftupenda, quã *h Act. 13. 33* illa prima, qua ex ventre tuæ matris prodijfti, porta integra & occlufa remanente, vt virginitas eius feruaretur: in hac autem prodis ex ventre terræ, fe pulchro etiam occlufo, vt tuam subtilitatem & maiestatem manifeftes: in illa prodijfti, nouus quidem homo, & ab omni culpa liber, fed pœnis tamen obnoxius; in hac omninò prodis renouatus, liber etiam ab omni pœna, & ingenti corona coronatus: ideoquæ oronunc pleno, licebit dicere, *i vidimus gloriam tuam, gloriam quasi v-nigeniti à Patre, plenum gratia & veritatis.* *i Ioan. 1. 14.*

DENIQUE credendum est, Christum Dominum nostrum, pro more suo, oculis & manibus eleuatis in cœlum, gratias æterno Patri egiffe, ob suam Resurrectionem, & sui corporis gloriam, dicens illud Psalmi: *k conuertisti planctum meum in gaudium mihi: con-* *k Psal. 29. 12.* *scidisti saccum meum, & circumdedisti me laetitiam, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar amplius vlla triftitia. Ad imitationem glorificati huius DOMINI, dicam & ego æterno Patri: infinitas tibi gratias,*

coele-

IV.



coelestis Pater, quod planctum Filij tui, in summum gaudium conuerteris, conscindens quidem sacco eius mortalitatis & tristitiæ; sed eundem nunc circumdans immortalitate & lætitiâ; laudet te, Domine, illa ipsa gloria, quam illi tribuisti; laudet sacratissima eius anima, quæ & ipsius & tua est gloria; laudet quoque te anima mea, nec à te laudando desistat in æternum. Amen.

## PUNCTVM III.

**C**VM primum Christus Dominus noster resurrexit, descenderunt ex decreto æterni eius Patris Hierarchiæ, & chori Angelorum, vt illi congratularentur, festumque celebrarent gloriosi huius triumphi: nam si ad natalem eiusdem celebrandum, cum venit in mundum, vitam mortalem ducturus, descendit militia coelestis exercitus; quanto magis credendum est, venisse ad sanctissimam eius resurrectionem celebrandam, cum eiusdem vita immortalis incipiebat; nec veniret ad pugnam, sed ad triumphum agendum pro victoria. Et ita insinuat Apostolus dicens; *a cum iterum introduxit Pater æternus primogenitum in orbem terra, dicit; & adorant eum omnes Angeli eius.* Nam hic dies est, cum secundò introduxit eum Pater in mundum, & Angeli eum, tanquam Deum suum, & supremum Dominum adorarunt, repentes primum illud Canticum natalitium:

*a Heb. 1. 6.*

*b Luc. 2. 14.*

*b gloria in excelsis Deo, & in terra pax homini-*

*bus*



*bus bonæ voluntatis, idque meritò; quia totum hoc Deo fuit opus insignis gloriæ; & hominibus opus insignis pacis; siquidem per illud, sunt homines Deo pacificati, & eorum hostes prostrati: quare dicere nobis licet illud Psalmi; hac dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea. Gratias tibi æternæ Pat-  
ter, pro cura, quâ habes filii tui, implens quod illi promisti, cum dveniens vox de cælo, dixit illi; & clarificaui, & iterum clarificabo.*

e Psal. 127.

24.

d Ioan. 12.

28.

GAVDEO, Saluator mi, quod te Angeli tui adorent; & ego cum illis adoro te & glorifico in hac die, quæ tota est tua, & nihil meum: quia quidquid in ea fecisti, ad tuam pertinet celsitatem & diuinitatem, non verò ad meæ humanitatis vilitatem. O si totus mundus te agnosceret, & exultaret de ista tua victoria, ut eius etiam gauderet spolijs.

## PUNCTVM IV.

**C**VM Christus resurrexisset, noluit tantam gloriam solus sibi retinere, sed deriuari quoque ad alios, qui etiam cum ipso resurgerent: & ita constituit, aliquas ex illis sanctis animabus, quarum corpora iacebant in sepulchris Ierusalem, quæ in die passionis ipsius a aperta fuerant suis ipsis corporibus coniungi, quæ ita glorificata ac splendētia euaderent, sicut erat ipse. Quàm fuerint contenti iusti illi, cum se viderent in corporibus glorificatis, & solis instar splendentibus! Accesserint proculdubio, ad ipsius IESV

a Matt. 27.

53.

Ex S. Amb.

Et alijs quos

citatur Sua-

r. 2. 3. p. 9.

43. a. 3. &amp;

Caiet. ibid.

Christi



Christi corpus, incomparabiliter splendidius, quàm essent corpora ipsorum; & osculati fuerint pedes, & manus adorantes, & laudantes illum, ob singularem illum fauorē, quo illos erat persecutus.

PERPENDENDAE autē sunt causæ, ob quas Christus Dominus noster hoc fecerit.

I.

*Prima* causa fuit, vt suam omnipotentiam, charitatem, & liberalitatem ostenderet: quia eius bonitas, non se poterat continere, quin alijs etiam communicaret bonum illud, quo ipse gaudebat.

II.

*Secunda* causa fuit, vt hi pauci, essent testes eius resurrectionis: & hinc spē cōciperemus, omnes nos, tempore resurrecturos, sicut ipse; resumentes nostra corpora glorificata, sicut ipsius.

III.

9. Rom. 6. 4

*Tertia* causa fuit, vt nobis aperiret voluntatis suæ esse, vt omnes statim in spiritu resurgeremus, nouam inchoantes vitam illi similem, quam ipse habet glorificatam, iuxta illud Apostoli, vt b *quomodo Christus resurrexit à mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*: ita vt sicut Christus ipse vt resurgeret, feralem amictum reliquit, & viuus ac gloriosus in suo corpore integro, immortalis, impatibili, splendens, agili, subtili, & pulcherrimo, è sepulchro exiuit; ita ego vestes exuam veteris Adami, & feralem amictum, quo eram inuolutus, hoc est perturbationes animi, & distortos mores; & inchoem vitam quamdam gratia perfectam,

quæ



quę has habeat proprietates, vt sit plena, in omnibus virtutibus; immortalis cum firmitate, ne amplius ad lethalia peccata redeat, sicut Christus semel resurrexit, non amplius moriturus; impatibilis, nullis animi perturbationibus aditū præbēs, quæ morbum aliquē animæ adferant; splendens ob lumen internæ cognitionis rerum cœlestium; agilis ad exsequendum absq; vlla repugnantia, quidquid erit voluntatis Dei; & subtilis vel spiritualis, ita omnibus terrenis renunciās, vt nihil ex eis nisi quod sit necessarium accipiat, vt cōuersationē meā cū Angelis in cœlis habere possim; quæ corpore, verſer cum hominibus in terra.

HÆC signa sunt, quod cū Christo resurrexerim, quæ meritò obtinere contendam; quia *In prologo in Cant.* (vt S. Greg. ait) iustus quotidie imitari debet suā Resurrectionē; & cōtēdere tales virtutes, ad animæ suę renouationē acquirere, quales illæ sunt dotes, quas habebit eius corpus in gloria.

CIRCA hoc tamē duo magni momenti sunt animaduertēda. i. sicut nō oēs mortui qui erāt in Ierusalē resurrexerunt cū Christo, sed illi soli, quorum sepulchra, in eius passione fuerunt aperta; sic neq; omnes peccatores, cum Christo resurgunt ad vitam gratiæ; sed illi soli, qui virtute passionis eius, sepulchra sua aperiunt, conscientias videlicet suas confessorio manifestant, & corda sua contritione scindunt. Eadē quoq; ratione, non oēs iusti eousq; perueniunt, vt lætitiæ Resurrectionis Christi participes fiant; sed illi soli, qui sua

corda



corda sciderunt affectu, compassionis, dolorum, & poenarum Christi, iuxta illud Apostoli, *c Rom. 8.17. si tamen, inquit, compatimur, vt & conglorificemur.*

*d Ioan. 11. 44.* *Secundum* est obseruandum discrimen inter perfectam, spiritualem Resurrectionem, & imperfectam: imperfecti enim resurgunt inholuti ferali suo amictu, sicut Lazarus, qui *d prodiit ex monumento ligatus pedes & manus infitis, & facies illius sudario ligata.* Prodeunt enim cum reliquiis vitæ superioris, habitibus scilicet, & moribus prauis, & distortis animi perturbationibus; ac propterea imminet illis recidiuæ periculum & alterius mortis, nisi ab his omnibus se expediant, & mortificatione exuant vestes suæ mortalitatis & vetustatis spiritualis. At valdè perfecti, imitantes ducem suum IESVM qui & sindonem & sudariū in sepulchro reliquit, resurgunt nouo feruore, abiicientes omnia hæc mortuorum indumenta, & induentes alia noua, quæ sunt vitæ æternæ, *e expoliantes* (vt ait Apostolus) *veterem hominem cū actibus suis, & induentes nouum* perfecta sanctitate renouatum. O Triumphator gloriosissime, fac me tuæ passionis participem; vt etiam fiam Resurrectionis: resurgam etiam tecum, non vt Lazarus & alii, qui resurrexerunt iterum morituri, sed, vt tu *f Rom. 6.11. resurgens ex mortuis, iam non moriturus,* resurgam ad vitam nouam, non amplius morte culpæ moriturus. Patiatur multa corpus meum, vt anima mea impatibilis reddatur;

coope-



cooperiar exteriori ignominia, vt spiritus meus luce interiori resplendeat; fiatque agilis & promptus ad obediendum; vt post hanc vitam, ad te fruendum pertueniam. Amen.

MEDITATIO III.

QVOD CHRISTVS DOMINVS Sanctissimæ suæ Matri apparuerit, & Angeli eius Resurrectionem mulieribus manifestauerint.

PVNCTVM I.



OSTQVAM Christus Dominus noster resurrexit, voluit mundo suam Resurrectionem manifestare, vt eius fructibus multi fruerentur.

S. Thom. 3.  
p. 9. ss.

TRIBVS autem vijs, & modis fuit facta hæc manifestatio: primus fuit per sanctos, qui cum illo resurrexerunt, de quibus ait Sanctus Matthæus, quod a exeuntes de monumentis post Resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, significantes illis, eum qui fuerat crucifixus, verè esse Messiam Regem Israel;

I.

a Mat. 27.  
53.

V. Part. Medit.

C

& Sal-



& Salvatorem mundi, & iam resurrexisset: & fas est credere, inter alios apparuisse. Iosepho ab Aromathæa & Nicodemo, eos consolantes, & confirmantes in fide sui Magistri.

II. *Secundus* modus fuit per suos Angelos, qui Resurrectionem eius manifestarunt pijs mulieribus, quæ ut illum vngerent, venerant ad sepulchrum: quibus Resurrectionem referentes, vacuum ipsum sepulchrum ostenderunt.

III. SED his duobus modis non fuit contentus ipse Christus Dominus, sed *tertium* adiecit, quo seipsum amicis suis videndum præbuit ut suæ charitatis magnitudinem magis ostenderet. Quamobrem etsi statim post Resurrectionem, debuisset ad Empyreum cœlum ascendere, tanquam ad locum glorificatis corporibus designatum; voluit tamen per dies aliquot adhuc in mundo hæerere; & boni pastoris instar, dispersum suum gregem colligere, nemini alteri hoc munus concedens, sed per seipsum discipulos suos consolans, *b apparēs eis & loquens de regno Dei, præbens seipsum viuum, & glorificatum, in multis argumentis;* ut tanquam oculati testes possent eius Resurrectionem promulgare. O Rex gloriæ, laudent te omnes Angeli & homines, ob excellentem hūc erga nos amorem. Non erat mundus dignus, in quo vel momentum post tuam Resurrectionem hæeres; sed charitas, quæ te quadraginta ferè horas tenuit in Lybmo, te-

b Act. 1. 3.

net



net quadraginta dies in terra, vt illam purifices, & præsentia tua exornes; & nobis ostendas, te, etsi vitæ rationem mutaueris, non tamen pristinos mores commutasse; nec in prosperitate tua, oblitum esse eorum, qui te sunt in aduersitate comitati.

QVÆ prædiximus, historiam recensentes, licet ad latentem in eis spiritum transferre; & aduertere, eundem Christum Dominum nostrum, triplicem habere viam & rationem, sua nobis mysteria patefaciendi ad nos consolandos & instruendos.

*Prima* ratio est, per sanctos viros, qui cum ipso resurrexerunt, & ipsa experientia nouerunt suauitatem & excellentiam ipsius Dei, sanctoq; zelo alijs manifestât, quod ipsi didicerunt; quò ipse Deus agnoscat, & glorificetur.

*Secunda* ratio est, per sanctos Angelos, qui priuatis & secretis illustrationibus, illustrant nos, docent, consolantur, & iuuant amouere difficultates, quæ nos impediunt frui Christo glorificato.

*Tertia* via est, per seipsum, cum ad cor nostrum loquitur, interna nobis suæ præsentia præbens testimonia: quo modo utitur erga sibi magis dilectos discipulos, præstans illis in hac vita, quod ipse in sermone post coenam promiserat; qui *c diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* c Ioh. 14. 21.

O dilecte mi, diligam te ego toto corde;



siquidem tanta est felicitas te diligere, vt te diligentem, tu diligas, & teipsum illi manifestes, quò magis illum tui amore inflammes.

## PUNCTVM II.

I.

**P**RIAMAM visitationem & apparitionem voluit Christus Dominus facere sanctissimæ Matri suæ, vehementer afflicte propter ipsius passionem; quamuis firmissimè credenti, & speranti eiusdem Resurrectione: quæ cum iam tertium diem ab eius morte inchoari aduerteret, in altissima contemplatione posita, ingentibus desiderijs & suspirijs petiuerit sine dubio à suo filio, suam vt Resurrectionem, & ad se aduentum acceleraret, volens instar a *leone* rugitibus suis *leonem Iuda*, quiescentem in sepulchro suscitare: dixerit fortè & illa verba Psalmi: *b exsurge gloria mea, exsurge psalterium, & cithara*, exi glorificatus de sepulchro, vt nos omnes glorifices: *exsurge psalterium & cythara mea, & exi ex isto loculo in quo manes inclusus; tuæque musica lætifica eos, qui tua causa manemus in tristitia. Tu enim dixisti, exurgam diluculo; quod cum iam adsit; te expectamus. Veni ô sol iustitiæ, antequam sol iste materialis, terræ huius oriatur, & luce tua expelle omnes ab ea tenebras.*

a *Gen. 49. 9*b *Psal. 56. 9.*

II.

EXISTENTE B. Virgine in altissima hac contemplatione, ingressus est Christus Dominus  
noster



noster, triplici exercitu stipatus, vno Angelorum, altero animarum sanctarum, tertio corporum glorificatorum, seseq; illi præbuit videndum, cum omni gloria & claritate, quam habebat, confortans eius aspectum, tam corporis quàm animæ, vt & videre eum posset, & eo frui. O quam contenta, satiata, & glorificata fuit Virgo sanctissima: gloriosa adè visitatione; in qua ex parte fuit expletum, quod Propheta dixit: *c satiabor, cum apparuerit gloria tua.* O quam dulcibus mutuis amplexibus sese complexi fuerunt Mater & filius! quàm iucunda miscuerunt colloquia! osculata fuerit Virgo sanctissima, splendidissima illa & pretiosissima filii vulnera, hauriens ex illis fontibus vberimos torrentes consolationis, sicut antea hauserat desolationes, *d secundum multitudinem enim dolorum meorum, in corde meo,* ait Propheta, *consolationes tue latificauerunt animam meam.* Secutus statim est illustrissimus ille comitatus, eidem sanctissimæ Virgini applaudens & congratulans; Matrem Dei sui & liberatoris sui illam agnoscens, ingentesque ei gratias agens, pro labore & cooperatione eius, in hoc opere Redemptionis ipsorum.

HIC verò insignem nouam lætitiã Virgo sanctissima perceperit tantum fructum vidēs ex passione filii sui, & tot animas eadem passione redemptas; & hoc nomine, Filio fuerit congratulata ob huiusmodi emolumentum & lucrum; Angeli denique ipsi visitationem



illam & communem lætitiã, cœlesti aliqua  
musica celebrantes exornauerint, pro gloria  
Filii & Matris,

III.

DEMVM, postquam bono temporis spatio,  
Christus Dominus mansisset apud Matrem,  
reuelans illi magna secreta cœlestia; & signi-  
ficans se aliquot dies adhuc in mundo per-  
mansurum, ipsamque sæpius visitaturum, va-  
ledixit, remanente ipsa Virgine consolatione  
plenissima ex tali visitatione; quam tamen  
magno silentio apud se retinuit, sicut olim fe-  
cerat in mysterio Incarnationis: quando nec  
suo sponso Iosepho, illud voluit aperire, do-  
nec Angelus illi reuelauit: ita nunc tacuit vi-  
sitationem Christi resuscitati, vt nec Apo-  
stolis, nec pijs mulieribus, quæ apud ip-  
sam erant, quidquam dixerit, donec Ange-  
li, aut ipsemet Christus se illis manifestaret.  
O Virgo suprema, sit tibi fœlix & faustum,  
quod resuscitatum iam Filium videris!

*Regina cœli latere alleluia;  
Quia quem meruisti portare alleluia;  
Resurrexit, sicut dixit alleluia;  
Ora pro nobis Deum alleluia;*

eTob. 12. 22

Et fac nos participes æterni illius e Alle-  
luia, quod per vicos & plateas æterna  
gloria decantabitur.  
Amen.



## PUNCTVM III.

**E**ODEM ipso tempore, voluit Christus Dominus per suos Angelos, manifestare suam resurrectionem ijs mulieribus, a qua secuta eum fuerant, quarum pietatem & deuotionem descripserunt Euangelistæ, dicentes: *b Maria Magdalena, & Maria c Iacobi, & c Saloma, & piæ aliæ mulieres. a Qua Sabbato quidem siluerunt secundum mandatum, ob reuerentiam scilicet diei festi. Et c valdè mane vna sabbatorum, hoc est Dominica, veniunt ad monumentum, d cum adhuc tenebræ essent, c portantes aromata; vt venientes ungerent IESVM: c & peruenerunt ad monumentum, orto iam sole, & dicebant ad inuicem: quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti.*

a Luc. 23. 55

b Mat. 28. 1

c Mar. 16. 1.

d Ioan. 20. 1

**I**n his mulieribus proponitur nobis deuotio, qua sit nobis quærendus Christus coniuncta virtutibus, quas illæ exercuerunt. *Prima* fuit obedientiæ legis: nam, etsi maximo tenerentur desiderio ungerendi corpus Christi Domini, id tamen in festo facere abstinerunt, ne transgredierentur mandatū, vt discamus hinc, titulo & nomine pietatis, non debere nos de esse officijs obedientiæ.

I.

**S**ECUNDA fuit magna diligentia, qua nec diem expectarunt, sed cum tenebræ adhuc essent, itineri se dederunt; cū aliàs sint mulieres natura timidæ; hæ tamen nõ timuerunt exire

II.



ex ciuitate, & in tenebris noctis iter illud conficere, vt suo desiderio satisfacerent, quo tenebantur hoc obsequium Magistro suo deferre. Hac diligentia quæri vult diuina sapientia incarnata, quæ dixit *e qui mane vigilant ad me, inuenient me*: Et si cupio inuenire *manna* celestium consolationum, oportere me *preuenire solem* vt illud cum *tua benedictione* colligam; pigri enim illud non inueniunt sed diligentes inueniunt & fruuntur.

## III.

TERTIA virtus fuit perseverantia in bene coeptis, simul cum insigni fiducia in Deum; non enim deterritæ sunt hæ mulieres propter difficultates occurrentes; sed quamuis non ignorarent, sibi non suppetere vires, vt ingentem illum lapidem, ab ostio monumenti remouerent; prosecutæ sunt tamen iter suum, confidentes in Deum, quod prouisurus esset modum & medium ad lapidem remouendum; factumque est ita; nam *cum peruenerunt ad monumentum, inuenerunt reuolutum lapidem*, etiam si esset *magnus valde*; idque in præmium illius fiduciæ, quam posuerant in diuina prouidentia, quæ hoc modo Deum quærentes, & in rebus obsequii sui non deserit.

## PUNCTVM IV.

a *Mat 28.2*

**M**ODVM, quo hæc sunt gesta, declarant Euāgelistæ dicentes, a *Ecce terra motus factus est magnus: Angelus .n. Domini descen*



descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem; & sedebat super eum: erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix. præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui: b & accedentes mulie-  
 res, viderunt reuolutum lapidem, & introeun-  
 tes in monumentum, obstupuerunt: a respondens autem Angelus dixit illis; Nolite timere vos: scio enim, quod I E S V M, qui crucifixus est, quæritis; non est hic: surrexit enim sicut dixit; venite, videte locum, vbi positus erat Dominus.

b Marc. 16.

4.

PERPENDENDA hîc est apparentis huius Angeli maiestas, pulchritudo, & potētia; tum in magno illo terræ motu, quem effecit; tum in facilitate, qua magnum adeo lapidem reuoluit, cum ingenti timore, tam piorū quam impiorum; quamuis cum discrimine: nam milites, utpotē improbos, prostravit in terram, ut quasi mortui, & à sensibus alienati essent, ne præsentî illò bono & felicitàte gauderent; pias verò mulieres consolatus est dicens: Nolite timere vos; atque si clariùs diceret, milites isti timeant, qui nequam sunt, vos autem nolite timere; grata enim vobis adfero noua de Resurrectione eius, quem quæritis.

I.

DEINDE perpendam nouum illud cognomen, quod Angelus Christo Domino tribuit, dum ait I E S V M N A Z A R E N V M C R U C I F I X V M quæritis; ut qui optimè nosset, boni nostri I E S V conditionem; qua de suis opprobrijs gloriatur, & honori sibi ducit, quòd sit pro nobis crucifixus. O dulcis I E S V Nazarene, & cru-

II.

C 5 cifice,



cifixe, nec vnquam tam Nazarenus, atq; cum  
 es crucifixus: in cruce enim produxisti flores  
 tuarum virtutum, fructusq; nostræ sanctifica-  
 tionis, quibus in gloriosa tua Resurrectione  
 gaudes. O si tanto feruore te quærerem, vt ni-  
 hil aliud scire me gloriarer quam cum Apo-  
 stolo c *IESVM Christum*, & hunc crucifixum.  
 O Angele sanctissime, veni in auxiliū mihi, &  
 hisce floribus corrobora, & fructibus cōforta:  
 d *quia amore langueo*, desiderans videre Iesum  
 Nazarenum, qui fuit pro me crucifixus.

c1. *Cor. 2. 2.*d *Cant. 2. 5.*

## III.

PERPENDENDVM prætereà, has mulieres,  
 ob suā paruam fidem nō fuisse dignas, quibus  
 ipse Christus se illis ostenderet; ideoq; Ange-  
 lus ad id eas disponebat, fidem illarum exci-  
 tans, & inuitans, e *venite & videte locum, vbi  
 positus erat Dominus*, vt ex hoc credatis eum  
 resurrexisse. Sed & charitatem promouebat  
 dicens, *citò euntes dicite discipulis eius, f & Pe-  
 tro* (quem nominatim expressit) vt id ille au-  
 diens, animum resumeret, & non existimaret,  
 se propter trinam negationem esse desertum;  
 quia cum amarè suum peccatum fleuisset, di-  
 gnus factus fuerat, qui hanc consolationem  
 acciperet. Ex quo intelligam, dilationem  
 videndi Christum Dominum nostrum, dulci-  
 que eius præsentia fruendi, prouenire sæpe ex  
 defectu nostræ fidei, & paruæ ad id dispositio-  
 nis. Quamobrem par est, me contendere, vt  
 augeantur in me virtutes, quæ, ad Deum vi-  
 dendum, me disponant, non abijciendo ani-  
 mum, proptereà quòd sciam me fuisse pecca-

e *Matt. 28.*  
6.f *Marc. 16. 7*

torem;



tozem; cū videam hīc Petro factam esse spem eum videndi.

ULTIMò considerandum est cum hæc piæ mulieres ingressæ essent ad interiorem monumenti partem; *g Et consternatæ, quòd non inuenissent corpus Domini IESV, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cū timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: quid queritis viuentem cum mortuis? non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locus est vobis; cū adhuc in Galilæa esset, dicens: quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere: & recordatæ sunt verborū eius, & regressæ a monumēto h cum timore & gaudio magna currentes, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.*

IV.

*g Luc. 24. 4.**h Mat. 28. 8*

HIC apparet, quòd perseverantia in deuotione ad Christum, digna sit nouis consolationibus. Primūm hæc mulieres viderunt vnū Angelū; sed perseverantes in suo pio proposito, viderūt alios duos, qui dixerūt illis idē, quod alter dixerat, confirmantes eas in fide, cū quadam beneuola reprehensione; atq; si dicerent; cur ita estis pertinaces, in quæredo inter mortuos illum, qui iam ab eis surrexit, & viuit? Deinde etiam perpendendum, quàm sit Angelis familiare, reuocare nobis in memoriam verba CHRISTI Domini, quibus nos instruant & consolentur, confirment in fide, excitent spem, & promoueant charitatem; vt sic dispositi, reddamur digni, qui glorificatum

ipsum



ipsum Christum videamus. O Angeli beati, quibus DEVS animarum curam commisit; si aduertetis, meam querere viuētem inter mortuos, Christum, videlicet in rebus huius mundi mortuis, corripite illam, & instruite, ac dirigite; vt sciat illum querere vbi est, hoc est in terra viuentium, vbi cum suis regnat in sæcula. Amen.

MEDITATIO IV.  
 QVOD CHRISTVS AP-  
 paruerit Mariæ Mag-  
 dalenæ.

PVNCTVM I.



VM piæ mulieres, è monumēto redeuntes, retulissent Apostolis, quæ ab Angelis audierant, et iam si illi non crederent; illæ tamen secundò, ad monumētum redierunt;

a Marc. 16.  
9.

& tunc, ait Sanctus Marcus, a *Surgens IESVS mane prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalena, de qua eiecerat septem Dæmonia.*

I.

PERPENDENDA hîc est infinita Charitas nostri Redemptoris, qua peccatores conuersos tanti facit, & honorat; sicut hic elegit in primum testem oculatum suæ Resurrectionis eam mulierem, quæ fuerat habitatio septem

Dæmo-



Dæmoniorum, septem videlicet lethalium criminum, quæ ab illis procedunt; vt primùm intelligeretur, nemini nocere multitudinem & grauitatem præteritorum criminum, cùm eò maiori feruore præfenti compensantur.

DEINDE, eum, qui in diuino feruore alijs præerat, fore etiam primum in accipiendis fauoribus à Christo, & si ego singularis fuero in obsequijs illi præstandis, futurum & ipsum singularé in beneficijs mihi conferendis, sicut euenit Magdalenæ, quæ singularem se præbuit in amore & feruore Christi, faciens eius amore multa, quæ alij non fecerūt; quale fuit, *b Lachrymis suis rigare pedes eius, capillis capitis sui eos tergere, osculari, & vnguento vngere, c sedere secus pedes eius, & audire verbū illius,* magna animi sui voluptate, comitari ipsum in montem Caluarium, ac denique d *summo monte surgere & cùm adhuc tenebræ essent, venire ad monumentum, vt illum vngeret, idque maiori feruore, quàm reliquæ ipsius sociæ: & ideo digna fuit, quæ omnium prima Christum videret, vt dicitur in hymno: prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris, quia verè tunc cæteras amore præcedebat, vt in punctis sequentibus apparebit.*

II.

*b Luc. 7. 38.**c & c. 10. 39**d Ioan. 20. 1.*

## PUNCTVM II.

**M**ARIA *astabat ad monumentum plorans: dum ergo fletet, inclinauit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnum ad caput*

*a Ioan. 20. 11**& vnum*



*& vnum ad pedes, vbi positum erat corpus IESV: dicunt illi, mulier quid ploras? dicit eis; quia tolerunt Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum.*

- I. CONSIDERANDVS hic primo est Sanctę Magdalenę feruor, qui deprehenditur primũ in magna illa anxietate, quam præferebat, videnti corpus Magistri sui: quę anxietas, licet in aliquo defectu fidei Resurrectionis Christi fundaretur; quia tamen ex feruenti eius amore, & pia intentione procedebat, grata erat ipsi dilecto. Ex illa anxietate oriebatur inquietudo, & sollicitudo in eo quærendo. propterea enim nõ sedebat apud monumentum, sed stabat, quasi in procinctu, vt illũ huc illuc quæreret, inclinans se ipsam semel & iterũ, ad aspiciendũ ipsum sepulchrũ; vt videret, num secundò aspiciens, inueniret fortè, quẽ primò non inuenerat. Qui. n. vehementer Deum amat, non desistit ab eisdẽ orationibus repetendis, & eisdẽ medijs & diligentijs frequentandis, vt possit inuenire. Hinc prouenit, vt sociabus eius redeũtibus ex sepulchro, (quòd auditis, quę Angeli dixerant, cogitationem deponerent de Christo! ampliùs quærendo) Sanctisq̃ Petro & Ioanne, ad suam habitationem redeuntibus, (quòd visis linteamine in sudario in sepulchro, ampliùs non essent solliciti) ipsa tamen Magdalena, nullo horũ contenta, remãserit adhuc ad monumentum magnã constantiã, atq; si ipsa diceret; hĩc amisi quẽ tantoperè diligo; hĩc ergo illũ inueniam;

niam;



niam; aut moriar, nisi inueniã. Ac deniq; feruorem illũ manifestauit, tantã vim lacrymarũ fundens ob eam causam; quas lacrymas nec aspectus Angelorum |, qui adeo pulchri & splendentes, earum causam ab ea quærebant, sistere potuerit; quia nullam in conspectu creaturarum consolationem inueniebat, quæ totum suum desiderium reposuerat, in suo Magistro videndo, qui creator erat.

IN his quatuor, contendere debeo, feruentem hanc mulierem imitari, quærendo Dominum nostrum desiderio vehementi, sollicito, constanti, ac deuoto; statuens, non admittere superfluum vllam cogitationem in re vlla creata, donec Creatorem ipsum meum inueniam, vsurpans illud, quod Dauid alio sine dixit: *b si introiero in tabernaculum domus meæ; si ascendero in lectum strati mei; si dederò somnum oculis meis & palpebris dormitationem, & requiem temporibus, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob; vt ingrediar in illud, & maneam in eius contubernio.* In quo etiã imitabor feruorẽ sponsæ dicentis: *c surgam & circumibo ciuitatem: per vicos & plateas quaram quem diligit anima mea: non hærens, aut quietem vllam etiam apud vigiles, qui custodiunt ciuitatem, accipiens; donec eos pertransiens inueni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Et qui hoc modo quærit CHRISTVM, inueniet illum; sic enim intelligitur, quod ipse dixit, *d qui quærit inueniet.*

*b Psal. 132. 3.*

*c Cant. 3. 2.*

*d Matt. 9. 3.*



II.

DEINDE, consideranda est causa feruentium harum lachrymarum : quam ipsamet Magdalena reddidit Angelis, eam exquirentibus ; a *quia tulerunt*, inquit, *Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum* : atque si diceret ; nunquid non videtur vobis sufficiens causa mearum lacrymarum ; quod tulerint Dominum meum, & omne bonum meum ; & quod ego nesciam, quis illum abstulerit, aut vbi posuerit ? antè quidem eius mortem flebam ; sed qualiscunque tamen cōsolatio erat, quod eius corpus haberem ; nunc autem hanc quoque consolationem mihi sublatam ploro, nec vllum meis lachrymis remedium inuenio.

Causæ lacrymarū.

I.

3. part. Meditat. 35.

2.

c Psal. 41. 4.

HIC verò perpendam lacrymas, censer bene collocatas, ob duas præcipuè causas. *Prima*, cum nostra peccata Deum ex anima nostra repulerunt, & eius nos gratiâ & amicitia priuarunt ; & tales fuerunt lacrymæ, quas hæc eadem Sancta, ad Christi pedes fudit, quando ipse septem ab ea Dæmonia expulit, & omnia ei peccata dimisit. *Secunda* causa est, cum nobis inscijs, Deus se subtrahit, & nos in tenebris & spiritus ariditate relinquit, vt in ea obscuritate relictī, vix sciamus, vbi aut quomodo eum quæramus. Et tales sunt lacrymæ, quas eadem sancta hoc tempore fudit, quærens suum Magistrum & Redemptorem ; & utræq̃ lacrymæ magnum pignus sunt nobis, quod simus ipsum inuenturi ; si illum quæramus, desiderantes, & dicentes cum Propheta Regio, *e fuerūt mihi lacrymæ meæ panes die*

die



die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? O DEVS meus, qui in anima mea, tanquam in tuo sepulchro requiescere con-  
 fueuisti, præsentiam tuam exhilarare con-  
 fueuisti vbi nunc es? quise te mihi abstulit, &  
 extraxit ex corde? cur me solum aridum, tri-  
 stem, ac desolatum reliquisti? si peccata mea,  
 & magnæ culpæ, te ex loco vbi eras, abstule-  
 runt: aufer tu illa ex me, ob infinitam tuam  
 misericordiam, vt ad eundem tuum locum  
 redire possis; quem ego mundum in posterum  
 conseruare studebo, adiutus gratiam tuam, ne  
 iterum vnquam præsentiam tuam mihi sub-  
 trahas.

## PUNCTVM III.

**C**OMPATIENS Christus Dominus no-  
 ster, profusis Beatæ Magdalenæ lacry-  
 mis, voluit eam consolari; vt impleret,  
 quod aliquando promisit, cum dixit: a *Beati a Matt. 5.5.*  
*qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur:* sed pro-  
 gressus in hoc est Christus sensim, ad maius ip-  
 sius Magdalenæ bonum.

PRIMUM enim non se constituit ante ocu-  
 los eius, sed post tergum aliquo strepitu exci-  
 tato, vt illa sese conuerteret, quæ b *conuersa bIoan. 20.*  
*retrorsum, vidit IESVM stantem.* In quo do-  
 cemur, rationem quam Deus seruat, cum ani-  
 mas quærit, quæ dorsum illi vertentes eum,  
 deserunt, & non nouerunt, neque vt par est  
 reuerentur, quia non nouerunt eum, quibus



c *Isaia 30. 21*

per *Isalam* dixit, & *caures tue audient verbum post tergum monentis: hac est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dextram, neque ad sinistram.* Hæ voces, sunt aliquæ inspirationes & pulsus interni, quibus *DEVS* tales animas inuitat, vt faciem conuertant ad eum, quem post tergum habent, quò & ipse possit eas cernere, & earum commiseratione

d *Can. 6. 12.*

tangi, dicens illis illud *Canticorum*, d *reuertere reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Quater hortatur, vt faciem suam ad *DEVM* conuertat; ad notandum, desiderare se conuersionem feruentem & perfectam, e *ex toto* videlicet *corde,*

e *Marc. 12.*

30.

*Mat. 22. 37.**Luc. 10. 27.*

*anima, spiritu, & viribus omnibus* vt impleat mandatum dilectionis, adhibitis quatuor in ea conditionibus requisitis. O anima mea, Sulamitis, & à tuis affectionibus captiuata, attende, quòd tres diuinæ personæ, te hortentur, vt faciem tuam ad eas conuertas, optantes sua facie te respicere. Et quandoquidem tantum tibi est bonum, in eo repositum, vt te *DEVS* aspiciat, memor eris conuerti ad Deum, qui te inuitat, vt ipsum respicias, quia ipse te cupit aspiciere, ac tui miseratione permoueri.

## II.

*DEINDE*, quamuis ipsa *Magdalena IESVM*, quem quærebat, respiceret; non tamen eum agnouit; quia dissimulato habitu ei se ostendit, quasi hortulani; ipsaque ob paruam suam fidem non digna erat, quæ eum in proprio habitu & aperte videret. In quo

mone-



monemur, morticinam ac tepidam nostram fidem in causa esse, cur Deum, qui ubique præsens est, & CHRISTVM Dominum, qui in sanctissimo est Sacramento, non agnoscamus, non reuereamur, nec tractemus tanquam præsentem, ideoque apparet nobis in specie hortulani, vt nobis ostendat necessitatē, qua laborant Imperfecti, vt opus sit; CHRISTVM adhibere sarritionem & culturam horti talium animarum, & à noxijs herbis culparum & imperfectio- num expurgare, & virtutes in eis promo- here.

O dulcissime IESV, qui nosti, quòd *ne- que qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed tu, qui incrementum das*, DEVS: auge fidem meam & virtutes; separando ab eis admixtas imperfectiones, vt habear dignus, qui te ita agnoscam, vt amem, & perfectè ser- uiam. *f. 1. Cor. 3. 7.*

TERTIO, conuertente Sancta Magdalena faciem versus ipsum Christum, immutata vo- ce, à more vsitato, illam interrogauit, *g mul- tier quid ploras? quem quaris?* Vbi perpenden- dum est, quando DEVS in huiusmodi occasionibus, tale quid interrogat; dissimu- lans se scire, signum esse, quòd velit insi- nuare, aliquid in eo esse, quem interrogat, quod ipse non probet, nec sciat scientiā, quæ dicitur approbationis. Ideoque cū eadem Magdalena, *h stans retro secus pedes eius fletet, & lacrymis rigaret pedes eius*, non interrogauit *h Luc. 7. 38.*

III.

*g mul- tier quid ploras? quem quaris?*



eam, cur ploras, aut quem quæris? quia illæ lacrymæ originem trahebant, à profunda suorum peccatorum cognitione, viuaque fide, & amore ipsius Domini, quem præsentem habebat, qui bene illas nouerat, & approbabat: nunc verò, quoniam lacrymæ procedebant ex ignorantia, ac defectu fidei; flebat enim vt mortuum eum, qui viuebat; & viuentem quærebat inter mortuos, ideoque dicit illi, *quid ploras; quem quæris?* atque si diceret, scisne cur plores, & quem quæras? proculdubio non bene nosti; si enim scires, non ita fleres me mortuum; aut quæreres tanquam absentem, quem habes præsentem. Quo nos docet CHRISTVS Dominus noster, suæ voluntatis esse, vt causas lacrymarum ac suspiriorum nostrorum diligenter examinemus, & quid sit quod quærimus ac desideramus, in rebus ad ipsius obsequium pertinentibus: ne quid forte illis admisceatur, quod Deo aduersetur; aut ab eo degeneret, quod ipsius excellentiam, nostramque perfectionem decet. Et quoniam sæpè existimabo me flere ob mea peccata; cum tamen potius ob temporale aliquod nocumentum fleam, quod ex peccato mihi accidit; & cogitabo me flere, quòd possim ad videndum Deum peruenire, cum reuera potius fleam, ob laborem & miseriam, quâ premor; itemque contingit me existimare, quòd quæram Deum & eius gloriam; cum reuera quæram me ipsum & honorem meum, aut vtilitatem: Et, si fortè quæro DEVM,

idfa



id facio multis admissis imperfectionibus: Ideoque merito dicet mihi DEVS; *quid ploras? & quid queris?* O DEVS animæ meæ, concede mihi, vt ob mea peccata, & tuam absentiam ita plorem, vt tu approbes lacrymas meas; & ita quæram quod cupio, vt studium conatumque meum tu approbes.

## PUNCTVM. IV.

**M**AGDALENA existimans, quia hortulamus esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eum, dicit mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam. *Ioan. 20.15.*

HIS verbis patefacit Magdalena excessum sui feruentis amoris, qui magnâ violentiâ, illam à se ipsa veluti alienatam tenebat, extorsitque ex eius debilitate vires & robur, vt se ad plura offerret, quàm præstare posset. Quare ad viuum omninò expressæ hic videntur proprietates inflammatæ charitatis, quæ appellatur *vnitiua & violenta*.

PRIMA proprietates est, quòd cor & linguam amantis ita rapiat extra se, vt semper cogitet de suo dilecto; & persuadeat sibi, reliquos omnes de eodem cogitare; vt propterea de eodem semper ipse loquatur, existimans se ab omnibus intelligi; ideoque Magdalena, non dixit Christo, si tu abstulisti corpus Magistri mei, sed tantum dixit, *si tu sustulisti EVM*, Existimans se ab illo hortu-

I.  
Proprietas  
charitatis  
Vnitivæ.



bMatt. 6. 21  
Luc. 12. 34.

lano intelligi; & ipsum scire, de quo ipsa loqueretur: ita absorpta illa, & occupata erat cogitationibus solius sui dilecti. Ex hoc signo intelligam, num magno tenear amore erga Deum: nam, ut ipse dixit, *ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: ac porro & lingua tua, & oculi tui, & pedes & manus tuæ erunt tibi, occupato toto spiritu tuo, in aspectu & amore thesauri tui, in sollicita eius custodia, & attenta eius augendi diligentia. O DEVS infinite, esto mihi thesaurus meus, & rapias cor meum, & quidquid est in me, ut ubi es tu, sim & ego, videns te ac fruens sine fine. Amen.

## II.

c 2. Reg. 6. 1.  
16. 22.

SECUNDA proprietas flagrantis huius charitatis est, adferre amanti, sui & rerum suarum obliuionem; & efficere, ut subiiciat se omni humanæ creaturæ, quod possit voti sui compos fieri; & interdum dicit ac facit quædam, quæ humano iudicio videntur deliria, sed reuera sunt excessus amoris, ad eum modum, quo David oblitus Regiæ excellentiæ, *subsiliebat atque saltabat coram Domino*, cum eius arcam in suam domum introduceret; cui cum Michol eius uxor, filia Saulis, obiecisset rei indignitatem, nihil ipse eam curans, amplius se humiliabat in oculis suis, & subsiliebat coram Domino dicens: *sic se gloriosorem appariturum*. Et eadem ipsa Magdalena, simili amore vulnerata, venit ad locum, quod CHRISTVS fuerat inuitatus; & stans ad pedes eius, lacrymis

eos



eos rigabat, & capillis tergebat, nihil cu-  
 rans, quid conuiuæ illi de ea iudicarent: ita  
 omnium oblita, atque si esset sola: & in hac  
 ipsa occasione, de qua nunc agimus, ex si-  
 mili alienatione à se ipsa, magna humilita-  
 te ac reuerentia, quem hortulanum puta-  
 bat, Dominum vocat; vt sic illi blandiens,  
 persuaderet, ostendi sibi locum, in quo sui  
 Magistri corpus esset. Addiditque: *Si tu su-  
 stulisti eum*, non attendens, nullam adesse ra-  
 tionem, cur hortulanus, defuncti corpus ex-  
 humasset, & ex sepulchro extraxisset, in quo  
 ipse Dominus illud posuisset. Et ex hoc se-  
 cundo signo, licebit mihi deprehendere mag-  
 nitudinem, aut paruitatem meæ charitatis. Si  
 enim fortunarum amor in avaris; & honoris  
 in ambitiosis; & voluptatis in ijs, qui sensuum  
 voluptatibus sunt dediti, tantã vim habet, vt  
 eos à seipsis alienet, & sui ipsorum ac rerum  
 suarum ita faciat obliuisci, vt sese aliis subij-  
 ciant ac dedant, taliaq; faciant, quæ videantur  
 esse deliria ei, qui nõ ita, sicut ipsi, amant: quã-  
 to magis hoc totũ & maiori vi, efficiet incen-  
 sus Dei amor in ijs, quos ipse d*introduxit in* *dCant. 2. 4.*  
*cellam suam vinariam?* nisi enim ipse DEVS  
*ordinaret* in eis *charitatem*, tales excessus fa-  
 cerent, vt amentes planè viderentur: sed ipso  
 ordinante in eis charitatẽ, illi se se cõtinent;  
 quòd si aliquid faciãt, quod, nõ amanti, stulti-  
 tia videatur; ei tamẽ, qui nouit, quid sit amare,  
 non stultitia, sed magna prudẽtia esse videbi-  
 tur. O Rex æterne, introduce me in cellã tuo



rum viuorum, & inebria me forti amoris tui vino; extrahe me à meipso, & transfer in te; affer animæ meę rerum mearum obliuionem, vt solis tuis attēdam; ita me ipsum humilians, vt stultus à mundo iudicer, quò sim sapiens in oculis tuis.

## III.

TERTIA charitatis feruentis proprietates est, ex debilitate robur ita deducere, vt qui vehementer amat, ad plura præstanda se offerat, suo dilecto magis placendi causa, quàm re ipsa præstare possit; non innixus viribus, quas ex se habet, sed quas addet illi DEVS. Et ita ipsa Magdalena, vehementi hoc amore accensa, offert se viriliter, tollere corpus sui Magistri, vbicumque tandem illud esset, nullo excepto loco, aut ratione habita solennitatis diei, & quod ortus esset iam sol, ipsa verò debilis mulier, ad tollendum corpus mortui, qui fuerat crucifixus, quem Iudæi oderant, & Pilatus sua sententia ad mortem damnauerat, sine cuius licentia, non est ausus Iosephus illud sepelire; ipsa tamen Magdalena, murum hūc difficultatū perrumpens, *ego*, inquit, *eum tollam*. O mulier, magna est fiducia tua, magnus animus, magna fortitudo, quia amor tuus magnus est! O amor inuicte, qui vincis quidquid difficile & asperum est in hac vita, & à nullo superaris! tu eum portas, qui te in se portat: tu leue reddis onus, quod suscipis ferendum; tu Christum nostris humeris imponis, & efficis, vt ipse nos CHRISIVS tollat, adiuuans nos per te, totum o-

nus



nus portare ! O amator fortissime, verè es e  
*fortis*, nō minus quàm *ipsa mors*, vt qui audeas *e Cant. 8. 6.*  
 pugnam cum ipsis mortuis inire, & ipsius  
 mortis labores perrumpere, vt tuo placeas di-  
 lecto. O Deus æterne, & amator infinite, inebria  
 me dulcedine amoris tui, vt *fmut at a for-*  
*titudine*, curram in tuo obsequio, semper *f Isa. 40. 31.*  
*ambulans nec deficiens*: tollens super me, quodcū-  
 que mihi onus imposueris; & confidens, datu-  
 um te mihi vires ad illud portandum.

HOC spiritu me offeram, ad tollendū super  
 me ipsum Christū mortuum, mortificationem  
 fidel. eius in corpore meo, sicut ipse suū mor-  
 ficauit, iuxta illud Apost. *g semper mortifica-*  
*tionē IESV in corpore nostro circumferentes; vt g 2. Cor. 4.*  
*& vita IESV manifestetur in corporibus nostris, 10.*  
*& tradamur in mortem propter IESVM, vt vita*  
*IESV manifestetur in carne nostra mortali, h*  
*empti enim estis (ait idem Apost.) pretio magno, h 1. cor. 6. 20*  
*glorificate & portate Deum in corde vestro.*

## PUNCTVM V.

**V**IDENS Christus Dominus noster fer-  
 uorem, & lacrymas, & promptitudinē  
 Magdalenæ; quæ se offerebat ad ipsius  
 corpus tollēdum, illi se tandem aperuit, pro-  
 prio illam nomine compellans, & cōsuetō  
 vocis tono, dicens illi: *Maria*, quæ eodem mo-  
 mento ipsum agnosceus, respondit, *Rabboni*,  
 hoc est *Magister*.

IN quo est perpendenda Christi Domini **L**

D 5 omni-



a Exo 33. 12

b 1. Cor. 13.  
12.

omnipotētia, dulcedine & suauitate plenissima, qui verbo vnico ita commutat huius ancillæ suæ cor, vt, omni tristitia expulsa, incomparabili repleat lætitia, intellectum eius noua luce illustrans, omnes infidelitatis tenebras expellens, & nouo amoris igne eius voluntatem inflammans, vt tanquam Deum viuum diligeret; quem se diligere ostendebat, tanquam hominem mortuum. O Deus immense, quàm immensus est amor tuus erga eos, quos a nouisti ex nomine? his ostendis faciem tuam, & præsentia tua lætificas, quia inuenerunt gratiam coram te. O Felix Magdalena, quam Christus Dominus nouit ex proprio nomine, quò illam compellauit; & dum compellat, ei se aperit, vt agnosceret eum, qui illam agnoscebat; & videret, què desiderabat; ac inueniret, quem tanto amore quærebat. Inueniam, Domine, gratiam in oculis tuis: & hoc modo tu me agnosce, vt eoque perueniam, vt b cognoscam sicut & cognitus sum, & amem te, sicut amatus sum a te.

## II.

PERPENDENDVM quoque est ipsius Magdalenz responsum, cùm dixit, *Rabboni*: nam tota amore rapta, eo nunc nomine dilectum suum appellat, quo consueuerat appellare. Cùm respondit Angelis, vsa nomine reuerentiæ, Dominum eum appellauit; nunc aut cū ipso loquens, nomine utitur reuerentiæ & amoris, dicens: *Magister mi.*

Nam



Nam audito illo verbo, *Maria*, experta est in anima sua affectus diuini eius Magisterij, ob lucis plenitudinem, quam sibi sensit infundi; ideoque ad eius pedes se proiecit, vbi consueuerat eius doctrinam audire. O Magister supreme, qui tanta breuitate, tot heroicas virtutes, hanc tuam feruentem discipulam docuisti, illustra & intelligentiam meam, vt & ego illas cognoscam; & eis cognitis, te diligam, sicut illa dilexit.

DENIQUE videns Christus Dominus noster Mariam, prostratam ad suos pedes, velle illos osculari, *enoli*, inquit, *me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum; vade autem ad fratres meos, & dic eis, ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum & vestrum.* Vbi perpendendæ sunt causæ, cur non permiserit IESVS, Magdalenam ipsum tangere, sicut aliàs consueuerat.

III.

c Ioan. 20.

17.

PRIMA enim fuit, quod illa nimio feruore sese proiecisset, vt nimis familiariter illum tangeret; voluit autem ipse Dominus illam instruere, vt maiori in posterum reuerentia cum ipso ageret, vtpote qui iam ageret vitam glorificatam, & prope esset, vt ad suum æternum Patrem ascenderet. Et vniuersim gaudet diuina eius maiestas, vt amor erga ipsum, reuerentiam coniungamus.

SECUNDA causa fuit, quod imperfectam adhuc haberet fidem: nam vt hoc nomine, non se illi statim totum ostēdit; sed sensim, primùm in habitu & voce hortulani,

postea



postea in propria figura & voce ; sic noluit, simul omnem fauorem & gratias ostendere; sed primùm sese illi aperuit, vt ipsum agnosceret, & aspectu ipso gauderet; postmodum autem, cùm eius fides fuit facta perfectior, passus est se ab illa tangi, & propter hanc causam illi dixit, *noli me tangere*: quia videlicet in corde tuo, adhuc non ascendi ad Patrem meum: siquidem necdum satis credis, me in vita glorificata, ad Patrem meum cœlestem ascendere. O supreme Magister, ascende intra cor meum, quò altius sit possibile, tribuēs mihi altissimam fidem & æstimationem, quàm de tua maiestate habere possim, quò dignus efficiar te videre ; & intima charitate complecti.

IV.

d Heb. 2. 11

DENIQUE perpendenda est illa teneritas, ad eò amicæ & beneuolæ salutationis, quam per Magdalenam Christus misit suis discipulis, non dedignatus illos appellare d *fratres meos*: quò intelligerent, Resurrectionis gloriam, non immutasse familiarem suam conditionem, maiora potius nunc amoris indicia ipsis ostendere, cùm eos *fratrum* nomine vult salutari. Quod autem significari voluit, illud erat, *ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum*: ad Patrem meum, propter generationem æternam, Patrem vestrum propter gratuitam adoptionem; ad Deum meum, propter naturæ vnitatem; Deum vestrum, propter charitatis vnitatem. O amantissime IESU, gratias

tibi



tibi, quas possum maximas, ob tantum fauorem, quo nos prosequeris, dans nobis Patrem tuum, in Patrem nostrum; Deumque tuum in Deum nostrum. O Anima mea, si talem habes Patrem, quid vis amplius? & si talem Deum, quid amplius quæris? O Pater mi, ostende te mihi Patrem faciens me dignum qui tuus sim filius. O Deus meus, ostende te esse Deum meum, faciens me vnum spiritum tecum, per vnitionem perfectæ charitatis, Amen.

*MEDITATIO V.*

DE APPARITIONE  
alijs mulieribus, & ipsi M-  
G D A L E N A E  
facta.

PVNCTVM I.



DISCEDENS Sancta Magdalena, magno animi gaudio, ex loco monumenti; assecuta est reliquas socias in itinere; ac referens illis, quod sibi euenisset, omnes sunt inflammatae magno desiderio Magistrum suum videndi, qui aduertens illarum desiderium & feruorem, quo adeò diluculo venerant ad

monu-



monumentum, obuiam illis factus & salutans dixit: *Auete.*

*2 Mat. 28.9*

PERPENDENDVM hic est, quantam curam Christus Dominus adhibeat, in reddendo suis laborum, & vigiliarum præmio, quamuis differat interdum visitationem, donec aptiores illi ac digniores se reddant, ad copiosorem fructum ex ea referendum. Ex quo discā, nunquam desistere à piis exercitiis, etiam si huiusmodi visitatio diutius differatur. Est quæ magnæ consolationis motiuum, si attendamus Christi Dñi nostri bonitatem, qui, modò rectā ac feruentē intentionē ipsi placendi, in nobis videat, facilè dissimulat imperfectiōes aliquas pijs nostris desiderijs admixtas; ut euenit pijs hisce mulierib⁹, quæ, etsi cū aliqua fidei imperfectiōe venerunt, ut illū vngerēt; quia tamē intimè desiderabant illi placere, intuitu pijs huius desiderii & intentionis, voluit illas consolari. O quam hilares illæ permanserunt ex aspectu sui Magistri! & quam benè collocatos existimarunt præteritos suos omnes labores: solo enim illo verbo *Auete*, quasi diceret: gaudete & este hilares, ingenti fuerunt salute & gaudio repletæ: quia verbum Christi est efficax, & operatur quidquid significat. Nec absque mysterio, verbo hoc usus est Saluator, quo Angelus Gabriel, cū eius Incarnationem B. Virgini annunciauit, fuit usus; ut sic confirmans quod Angelus dixerat, ipse his mulieribus annunciarer, per sanctissimam suam Resurrectionem, abolendam

male-



maledictionem culparum, quam per mulierem vnā omnes incurrimus. O Saluator mi, veni in animam meam, & in omnes eius facultates; ac dic illis, *Auete*: tuo enim verbo replebuntur omnes benedictione & gaudio, quod gloriosa tua Resurrectione nobis comparasti.

## PUNCTVM II.

**S**TATIM atque hæc piæ mulieres, Magistrū suum Christum Dominum nostrum viderunt; *a accedentes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Non se præcipitanter ad hoc proiecerunt, sicut Magdalena primū apud monumentum fecerat; sed maxima, qua potuerunt reuerentia, ad illum accesserunt, & adorarunt, & facta ab ipso potestate, tenentes eius sacratissimos pedes, amantissimè sunt osculatæ. Et hic affecuta est Magdalena, quod tantopere desiderabat, vt tangere liceret, & osculari pedes Christi Magistrī sui. O quantam iucunditatem senserit in huiusmodi tactu; & osculo sacratissimorū illorum vulnerum, quæ tanto desiderio vngere concupiuerat; illæ venerant ad monumentum, vt Christum vngerent; sed Christus illas vnxit vnctione, qua ipse vnctus erat, *b oleo videlicet letitia*, ac diuini spiritus deuotione, quem super illas effuderat.

AD imitationem harum sanctarum mulierum, (quas S. Marcus tres tanquam præcipuas fuisse refert) curandum mihi est, vt tres  
ani-

a Mat. 28.9

b Psal. 44.8

Marc. 16.1.



c *Isai. 55. 2.*d *Psal. 44. 8.*e *Psal. 78. 8.*

animæ meæ facultates, in ipso Christo Domino vngendo occupentur. Memoria piis cogitationibus; Intellectus sanctis meditationibus; voluntas feruentibus affectibus: ementes huiusmodi vnctiones ab eo, qui dixit: *c omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite absq<sup>2</sup> argento, & absq<sup>3</sup> vlla commutatione*, quia ipsemet gratis nobis dat pretium, quo hanc vnctionem emamus: eius autem auxilio & fauore multa exercitia offeram mortificationis, tâquam pretium ipsi gratum; petamq<sup>ue</sup>, vt mihi aromatics huiusmodi species largiatur, quibus illum vngam: siquidem de manu eius, omne bonum mihi obueniet. O Christe IESV, quem Pater æternus, *d vnxit oleo lætitiæ, præ consortibus tuis*, nõ indiges ad eò vilibus vnctionibus, quales sunt meæ; sed charitas tamen tua tanta est, vt pro oleo & vnctione lætitiæ tuæ accipias, quod me videas tui amore inflammatum. En offero tibi aromatics species, quas comparavi, affectus videlicet laudum, & animi grati, amoris ac fiduciæ, viuaq<sup>ue</sup> desideria, omnes virtutes consequendi, vt illis te vngam. Sed tu Domine, qui te quærentes præuenis, *e cito anticipet me misericordia tua*, fac mihi potestatem sacratissima tua vulnera spiritu contingendi; eorumq<sup>ue</sup> pretiosissimo liquore vnge cor meum, vt diuini tui spiritus gratia adiutum, in tuo semper amore & seruitio occupetur.

Amen.

P.V.N.



## PUNCTVM III.

Tunc ait illis Iesus; nolite timere. Ite, nunciate  
fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me  
videbunt. a Matt. 28.  
10.

IN lætissimo hoc nuncio, quod iussit Christus suis fratribus referri, apparet, quam sit proprium & familiare ipsi spiritui Dei, conformem se ostendere spiritui Angelorum, & ministrorum suorum, cum idem ipse dicit, quod illi, illudq; confirmat maioribus amoris indicijs & signis. Angeli dixerant mulieribus, dicite *discipulis* eius, quia surrexit; & ecce præcedit vos in Galilæam; ibi eum videbitis: ipse autem Christus Dominus dixit, dicite *fratribus meis*: & qui Angelos non vocavit fratres, Homines *fratres* vocat, in signum tenerioris ac iucundioris amoris, ob cõsanguinitatem & similitudinem assumptæ humanæ naturæ. O Iesu amantissime, quàm dulce est auribus meis hoc verbum, quod procedit ex ore tuo: *dicite fratribus meis*; nunquam defatigabor illud audiendo, quamvis sæpissimè reperas. Loquere illud Domine cordi meo, & fac me sentire spiritum, quem in eo repositum habes, ut impetrem viræ similitudinem, quam à tali fraternitate procedere par est.

PERPENDENDA quoque est causa, cur præceperit Christus Dominus Apostolis, (sicut prius etiam Angeli dixerant) ut se conferrent in Galilæam, ubi essent illum visuri; siquidẽ eodem ipso die cogitabat, & statuerat,

E

illos



*S. Grego.  
homil 21.  
in Euang.*

Illos in Iudæa, imo in Ierusalem, ubi tunc erant, visitare. Causa huius fuit, quod locus ille Iudææ, esset valde inquietus & turbatus, ipsiq; turbatione & timore pleni: quare, ut maiori quiete ac voluptate, ipsius præsentia fruerentur, iussit illos ire in Galilæam, locum, à strepitu magis remotum, ac quietum: nobis significans, quod licet obiter visitet suos, in strepitu & turbationibus huius mundi existentes, placet tamen illi, ut quietiorem locum quaeramus, in quo diutius illum videre, & cum eo conuersari possimus, in oratione & contemplatione. Ipsumque nomen Galilææ aliquid tale significat, transmigrationem videlicet: nam qui videre & frui Christo resuscitato volunt, transmigrare debent, & mutari à vitijs ad virtutem; à laxiori vita, ad strictiorem; à strepitu, ad quietem, à torpore, ad feruorem; & ab imperfectione, ad perfectionem. O Dulcissime Iesu, cui tantopere placet Galilæa, trāsfer me hac transmigratione adeo tibi grata, ut efficiar dignus te videre, contemplatione quidem in hac vita, ut postea ad alteram translatus, te facie ad faciem videam in æternum. Amen.

MEDITATIO VI.

DE APPARITIONE CHRISTI  
Sancto Petro facta, & de illis,  
quæ eam præcesserunt.



## PUNCTVM I.

**R**EGRESSAE à monumento piæ a Luca. 24.  
 illę mulieres, nunciauerunt om 9.  
 nia, quę audierant ab Angelis b Marci 16.  
 illis vndecim, & ceteris omnibus, 10.  
 b qui cum eo fuerant lugentibus  
 & flentibus: & illi audientes, quia Iesus viueret,  
 non crediderunt illis: b Et visa sunt ante illos si-  
 cut deliramētum verba ista; imo etiam b Mag-  
 dalenę, affirmanti se vidisse Iesum, non credi-  
 derunt.

IN hoc facto describitur nobis; quam dif-  
 ficilis & heroicus sit actus fidei, quę nos at-  
 tollit ad credendum aliquid, contra id quod  
 sensibus percipimus; & quàm malè, parçeq̃ue  
 homines respondeant Deo, tam multa & præ-  
 clara pro nobis facienti, dum sunt increduli,  
 & pro deliramento habent id, quod audiunt  
 à Deo factum; cum re ipsa sit maius deliramē-  
 tum non credere, sicut Deus reuelauit: nam,  
 cùm suis discipulis Christus prædixisset, se  
 cruci affigendum & occidendum, sed die ter-  
 tia resurrecturum; & nunc piæ istę mulieres,  
 gratum nuncium ab Angelis afferrent, signaq̃;  
 certa darent, vt irent in Galilæam, vbi ipsum  
 essent visuri, sicut ipse in nocte cœnæ prædi-  
 xerat; illi nihilominus non crediderunt, sed  
 tanquam deliramentum putauerunt, quod  
 mortuus homo in cruce, effanguis totus, ac  
 tot partibus vulneratus, viuus; surrexisset;  
 obliti non solum ipsius Christi reuelationis,



c. *Iob.* 19. 25.

sed Resurrectionis etiam Lazari, & aliorum miraculorum, quæ à suo Magistro facta viderant. O Supreme Magister, magna animi mei voluptate, captiuo meum intellectum in obsequium fidei; negoq; ac reijcio omnes meos sensus, vt credam quod tu reuelas; *scio enim me de terra resurrecturum; & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea,* postquam in puluerem & cinerem fuerit conuersa, *videbo te Deum meum, & Saluatorem meum, quæ spes reposita est in sinu meo,* quia nec de tua omnipotentia dubito, nec de tua voluntate; siquidem ita futurum reuelasti ac promisisti.

Ex his discam, duo mihi extrema esse vitanda; *alterum* eorum qui leuissimè adhibent fidem quibusvis muliercularum reuelationibus & visionibus, non sine periculo credendi multa, quæ sunt planè deliria, somnia, aut imaginationis meræ apprehensiones; *Alterum* est duriorum, & valde ad credendum difficile, qui omnia æstimant deliramenta, qui maximus est etiam error: nam licet sint fæminæ, & homines planè ignari, solent interdum ob suam deuotionem & feruorem fieri digni, quibus veræ fiant apparitiones Angelorum, & ipsorum Domini, sicut in præsentia casu cernere licet: ac propterea meritò est illis fides adhibenda; præcipuè cum eadem visiones, cedunt in confirmationem veritatum sanctæ nostræ fidei. Nec minor est error, delirium imaginationis, reuelationem Dei appellare; quàm contrà, reuelationem Dei, appella-

pella-



pellare delirium imaginationis.

## PUNCTVM II.

**E**x discipulis duo feruentiores, qui in amore erga Christum Dominum nostrum se præ alijs excellere ostenderunt, fuerunt Petrus & Ioannes: *exijt ergo Petrus, & ille alius Discipulus, quem amabat Iesus, & venerunt ad monumentum: currebant autem duo simul & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit prius ad monumentum, non tamen introiuit, venit ergo Simon Petrus, sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & Sudariũ quod fuerat super caput eius, non cum linteamibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. (quod signum erat corpus non fuisse furto sublatum, sed Resurrexisse) & videntes, crediderunt, id quod mulieres retulerant.*

**I.** PERPENDENDVM hic est, hos duos discipulos, non fuisse in illo extremo reliquorum, qui deliramentum putabant reuelationem, quam illæ mulieres referebant: sed experiri tamen voluerunt, num fundamentũ & signa reuelationis satis sibi constarent: proprium est enim prudenter feruentium, diligentiam adhibere, vt sufficienter certi reddantur in huiusmodi rebus Dei: & quoniã amor, difficilia quæque vincit, etiam si scirent isti discipuli, quantam persecutionem Iudæi contra Christi discipulos excitarent; & quod sepulchro custodiam adhibuissent, statuerũt nihilominus ad monumentum ire, ac videre,

1 Ioan. 20  
3.



quod à mulieribus factum esse dicebatur.  
II. SED non est tamen absq; mysterio, quod his discipulis, non apparuerint Angeli, sicut mulieribus: cuius fortè fuit causa, quòd ea apparitione, opus non esset: siquidè ex relatione mulierum, & signis deprehensis, in linteaminibus, & sudario, quæ in sepulchro collecta remanserant, crediderunt Christum verè resurrexisse, reuocantes sibi hac occasione in memoriã verba, quæ ipsorum Magister in cœna illis dixerat. Ex quo deducere licet, quod visiones Angelorù alicui ostendantur, non esse certù indicium maioris eius sanctitatis, eò quod interdum concedantur ijs, qui teneriorem ac debiliorem virtutem habent.

III. DE M V M perpendam, in his duobus Apostolis Petro & Ioanne, indicari nobis præcipuas virtutes, quibus Christus Dominus sit quærendus, fidem videlicet & charitatem. fides enim patefacit veritates, & cum sancto Petro, prima ingreditur sepulchrum; quam sequitur Charitas, sicut Sanctus Ioannes secutus est Petrum; cuius ingressu augetur fides, & magis corroboratur eius cognitio, ac perficitur. In eisdem quoque Apostolis adumbrantur duæ vitæ, Actiua scilicet & Contemplatiua; quæ nos ducunt ad ipsum Christù: Actiua præcedit disponendo & præparando; Cõtèplatiua accedit possidèdo & fruèdo. IO amãtissimè Iesu, clarifica fidem meam, & inflamma charitatem; vt, omni humano timore reiecto, te quæram; & quocunque ingrediar,

vbi



vbi te possim inuenire ; perface me exercitijs  
vitæ Actiuæ, in omni virtutum genere, vt ad  
Contemplatiuæ exercitia basendam, per  
quæ *ingrediar in absconditum faciei tuæ, vt pro-* *psal. 30. 2 1*  
*tegar in tabernaculo tuo,* videamque & fruar  
pulchritudine, quam habes in tua gloria.

*Mysteriū in eo latens, quod Christus Dominus*  
*lintheamina, & feratē amictū in sepulchro reli-*  
*querit, expositū est ad finē Meditationis secundæ.*

## PUNCTVM III.

**R**EDVNTIBVS sanctis Petro & Io-  
anne in ciuitatem, secessit Sanctus Pe-  
trus ad partem vnā, *a secum mirans, quod fa-* *a Luc. 24.*  
*ctum fuerat,* apud se ipsum videlicet & seor- *12.*  
sim cogitans ea, quæ audierat ; & quæ viderat  
in sepulchro: cui talia cogitanti Christus Do-  
minus noster apparuit, vt colligere licet ex  
illis verbis sancti Lucæ, quæ cæteri Apostoli  
dicebant, *b quod surrexit Dominus verè & ap-* *b Luca 24.*  
*paruit Simoni.* *34.*

I. PERPENDENDVM hic primò, Sanctū  
Petrum, dignum se reddidisse, cui Christus  
Dominus appareret, ad id se diligentiā illā di-  
sponendo, quā se contulit ad sepulchrum, &  
priuata consideratione & Meditatione eorū,  
quæ viderat. Et quamuis sanctus Ioannes iue-  
rit cum illo ad sepulchrum; non tamen legi-  
tur, quod illi Christus apparuerit. Ex quo li-  
cet cognoscere, quòd sepe Deus magis indul-  
get ijs, qui fuerūt peccatores, sed sunt postea  
perfectè conuersi, quam ijs, qui non lapsi, iu-  
sti permanserunt; vt eos qui ex animo san-



Luce: 15,  
20.

d Rom. 5.  
20.

conuerſi, conſoletur, & animũ addat. Et ſimile quid apparet in parabola c *filij prodigi*: Ideoq; non ſine cauſa primus vir, & prima mulier, quibus referunt Euangeliftæ Chriſtum Dominum apparuiſſe, fuerunt prius peccatores, nam d *vbi abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.*

Hic & ego animũ & fiduciã in Deũ concipiam, quãuis fuerim magnus peccator, diſponens me tamen oratione & feruore vitæ, ad recipienda eius dona, qui, quòd in ſe eſt, propenſus eſt & liberalis, ad ea conferenda. Hic DEINDE perpendam, quanto pudore fuerit affectus Sanctus Petrus, cum ſe vidit coram ſuo Magiſtro, reuocans in memoriam, quòd ipſum tam turpiter negaſſet; ideoq; eſt verſimile, procidiſſe illum ad Chriſti pedes, & ſuum peccatũ amare flentem, petuiſſe veniam eius. Quẽ proculdubio Chriſtus Dominus noſter conſolatus, ſecurum eſſe iuſſit, remiſſum ſibi eſſe peccatum; magnaq; læticia eius animam repleuit. O quã tenera Chriſtus illi dixerit verba, quã ſalutaria illi dederit monita? licet animo concipere dixiſſe illi, pax tecũ, noli timere, ego ſum; dimiſſa ſunt tibi peccata, confirma fratres tuos. O quomodo exultauerit animo ſanctus Apoſtolus, hac viſitatione, & verbis Magiſtri ſui, quã in fide confirmatus, quanto amore accenſus? O Dulcis Ieſu, quã magna eſt multitudo dulcedinis & miſericordiæ tuę, erga omnes peccatores, qui ex toto corde ſua peccata deſlent. Sine du.



bio recepiffes Iudā, eiq; refuscitatus, ficut Petro apparuiffes, fi pœnitentiam ille, ficut Petrus egiffet. Benedicta fit; Domine, mifericordia tua, ob quam supplico, vt me facias dignū fuprema tua apparitione, in regno glorię tuę.

III. VLTIMO perpendam, Sanctum Petrū, magna fui animi exultatione ad locū rediiffe, vbi ceteri erāt focij, vt illos in fide cōfirmaret, ficut Chriftus ipfi commiferat; adeoq; potens fuit eius testimonium, vt multi propter illud crederent: vt licet colligere ex illis verbis, quæ dixerūt, *quia surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* atq; fi dicerent, nō fictè aut apparenter, sed *verè* surrexit, idq; nobis conftat, non quia apparuerit Magdalene, aut alijs mulieribus, sed quia apparuit *Simoni*, cuius testimonium magnæ eft authoritatis, & omni acceptione maius. HINC ad huius apostoli imitationē, ftatuā, gratū me sēper ostēdere Deo, ob accepta ab ipso beneficia, illisq; vti, ad fratres meos in virtute confirmandos: quod eō efficacius præstare conabor, quo plura in me fuerint dona & talenta ad alijs persuadendū, & vt mihi fides adhibeatur. O Apostole gloriose, iure optimo vocaris SIMON, quod interpretatur obediens: siquidē ad eō es obediēs voci Magistri tui, explens quod tibi iniungit munus, Petre, ficut Petrus; & Capitis ficut Cephas, in confirmandis & corroborandis condiscipulis tuis in fide, quorū eris caput: confirma & fidē meā debilē; perfice curtā meam obedientiā, vt firmiter omnino, quod tu cre-



didisti, credam; magnoq; feruore obediam  
Domino meo, sicut tu eidem obediisti.

## MEDITATIO VII.

DE APPARITIONE DVO-  
bus discipulis euntibus in Em-  
maus facta.

## PUNCTVM I.

*a Luc. 24. 13.  
Marc. 16. 12.  
D. Thom. 3.  
p. 4. 15. a 4.*

**D**vo ex discipulis, qui à mulieribus audie-  
rant, quid illis Angeli significassent, a-  
ibat ipsa die in Castellum, nomine Emmaus:  
& ipsi loquebantur ad inuicem de ijs omnibus,  
quæ acciderant: & factum est, dum fabularen-  
tur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropin-  
quans, ibat cum illis; oculi autem illorum tene-  
bantur, ne illum agnoscerent.

I. PERPENDAM primò causam, cur isti  
discipuli, hac occasione, voluerint exire ex  
Ierusalem. ea autè fuit, vt remotiores essent  
à loco, quem periculosum existimabant; & vt  
aliquid refrigerium in illa villa Emmaus ac-  
ciperent; quia alter illorum inde erat oriun-  
dus. sed mystica causa fuit, vt intelligamus,  
passionè timoris & tristitiæ in causa esse, cur  
animus exeat ex Ierusalem, quod interpreta-  
tatur visio pacis; & ex societate discipulorum  
Christi, qui significant pios & bonos: vt ali-  
quod leuamen corporis, & aliqua carnis iu-  
cunditas quærat inter cognatos & munda-  
nos homines, qui significantur per Emmaus,  
quod interpretatur despectus populus, aut cõ-  
siliu timidum; quia reuerà erroneum con-  
siliu suscipit, qui id quærit, quia, Siquidem

ob terre.



ob terrenam consolationem, periculo exponit Diuinam. Contendam itaque, nunquam huic perturbationi me dedere: nam nisi Dei misericordia præueniendo impediatur consilia, quæ illa suggerit, eò me deducet, vt pereat.

II. DEINDE causas exquiram, cur Christus Dominus noster, dignatus fuerit his discipulis, in hoc itinere apparere? *Prima* fuit, quòd eorum commiseratione tangeretur, & cupe- ret, sicut bonus pastor, has duas oues errantes colligere, & ad reliquum gregem reducere, vt intelligamus, quam ipse officio suo inuigilet, suæque misericordia, vbi maior est nostra necessitas, subueniat, sequens post tergum, gressus illius, qui sensim ab ipso procul recedit, donec tandem assequatur. Benedictus sit tam bonus pastor, qui gregi suo, ad eò diligenter inuigilat. Apparet benè, Domine, quod pro illo vitam tuam exposueris: & sanguine tuo effuso redemeris: quandoquidem tantam curam adhibes, vt illum ad Ecclesiæ tuæ cau- lam reducas, & inde etiam ad æternam tuam gloriam. *Secunda* causa fuit, eò quòd afflictis valde ac desolatis discipuli illi essent: est enim Christo valde familiare, talibus assistere, eorum tristitiã moderari, & refrigerio aliquo confortare, iuxta illud, quod ipse per Regiũ Prophetam dixit: *b cum ipso sum in tribulatione.* O si videres, anima mea, eum, qui tecum est in tuis tribulationibus, quamuis aliquo velotectus esses proculdubio in illis læta; & felicè re iudicans, quòd affligaris, modò talè habeas

b Psal. 90. 15

holpi.



c Matt. 18.  
20.

hospitem. *Tertia causa fuit*, quia de rebus pijs colloquebantur: Complacet enim sibi Christus, talibus colloquijs interesse, & præsentia suâ fouere illa ac promouere, iuxta illud quod ipse dixerat: *c ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

d Isai 7.  
iuxta LXX.

HINC intelligam, quàm rectè faciant, qui semper, & in omni loco de Deo loquuntur, ac de similibus colloquijs, cū socijs suis cōferunt, præcipuè tempore tribulationis & aduersitatis: ad ea siquidem Christus Dominus libenter accedit, vt tribulatos consoletur; contrà verò, quàm sint perniciofa colloquia de rebus ineptis & prophanis, ad quæ Christus Dominus non accedet, sed potius fugiet ab eis.

III. VLTIMO perpendam, oculos horum discipulorum impeditos fuisse, ob exiguam suam fidem, ne Christum agnoscerent: propter quem defectum permisit Christus tale impedimentum, donec eorum fides sensim proficeret. Vt enim dixit Propheta, *d nisi crederitis, non intelligetis.* Altera etiam causa, quæ Christum agnoscere impediēbat, fuit tristitia & afflictio interna, quæ valde illos occupabat: instruit autem nos Christus, sæpè se nobiscum esse in tentationibus & laboribus nostris, nosque ad pugnandum & patienter illos tolerandos adiuuare; sed nos nec ipsū videre, nec quòd nobis adsit, attendere; ac potius existimare, ipsum esse absentem, eò quod sensibilis consolationis fauorem tunc non

expe-



experiamur. O bone Iesu, ne permittas cul-  
pas meas, tantastenebras oculis animæ meæ  
offundere, vt habens te præsentem, non vide-  
am; & intus loquentem in corde meo, non  
agnoscam: quòd si ob occultam tuam prou-  
dentiam, te mihi occultaueris, non tamen de-  
fit mihi præsentia gratiæ tuæ, ne ego ob im-  
becillitatem meam ijs desim, quæ aliàs præ-  
stare teneor.

## PUNCTVM II.

**E**T ait ad illos Iesus, qui sunt hi sermones, Luc. 24. 15  
quos confertis ad inuicem ambulantes,  
& estis tristes? & respondens vnus, cui nomen  
Cleophas, dixit ei; tu solus peregrinus es in Ieru-  
salem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his  
diebus? quibus ille dixit: quæ? & dixerunt: de  
Iesu Nazareno, qui fuit vir Prophetæ, potens  
in opere & sermone coram Deo, & omni populo:  
& quomodo eum tradiderunt summi Sacerdo-  
tes, & Principes nostri, in damnationem mortis,  
& crucifixerunt eum: nos autem sperabamus,  
quia ipse esset redempturus Israel.

I. PERPENDENDA hic primum est sua-  
uitas Domini nostri, in agendo cum his disci-  
pulis, vt illos induceret, ad aperiendum vul-  
nus suæ infidelitatis, quam ipse à radice sana-  
re cupiebat, ideo enim interrogat, *qui sunt hi  
sermones, quos confertis ad inuicem?* fingens se  
illos ignorare, quia complacet sibi in hoc, vt  
ex illorum ore illos audiat, præcipuè verò  
recreatur, cum audit nos de ijs colloquentes,

quæ



quæ ipse pro nobis pertulerit, nihil propterea dedignatus, quod ad eam illa fuerint ignominiosa. Ex quo cognoscam, proprium esse, valdeque familiare spiritui Christi, suis nos inspirationibus ad loquendum permouere, ob duas causas; ad promulgandum videlicet ipsius Dei magnalia, ad ipsius gloriam, & ad manifestandas nostras miserias, ut ab illis eruanur.

II. Ex parte ipsorum discipulorum, perpendam etiam quam magnificam de suo Magistro haberent opinionem; licet satis exilem, respectu diuinitatis eius. dixerunt enim ipsum, *Primo* fuisse potentem in *OPERE secundo* in *SERMONE*, *tertio* *CORAM DEO* *quarto*, *CORAM OMNI POPULO*. *Gaudeo* *O Rex gloriae*, te potentem esse in *OPERIBUS*, tam heroicæ sanctitatis, quam insignium miraculorum; in quibus manifestatur infinita tua bonitas & omnipotentia. *Gaudeo* etiam te esse potentem in *SERMONE*, docentem doctrinam coelestem, quæ & intellectum illustrat, & rapit voluntatem, alliciendo illam ad veritatem & virtutem, in quo tuam infinitam sapientiam ostendis. *Gaudeo* te potentem esse *CORAM DEO*, ut places eius iram, & copiosam obtineas misericordiam erga omnes homines: in quo manifestas æqualitatem, quam cum illo habes. Denique *Gaudeo* te potentem esse *CORAM* toto *POPULO*, quia hominum corda permutas, & ad tuum pertrahis obsequium; in quo apparet tuæ gratiæ effica-

citas.



cacitas. Ostēde Domine Omnipotēs, hanc tuā potestātē in me, vt & ego pro tenuitate mearū virium, potens sim etiam in opere & sermone, corā Deo & hominibus, talia faciens & loquens, quæ Deo placeant, & proximos ad gloriam tuam ædificent. Amen.

IN HIS quatuor rebus, studebo em̄nere, eodem ordine, quo illæ sunt positæ. Non enim poterō esse potens in sermone, nisi fuerō potens in opere, nec talis ero coram hominibus, nisi prius talis fuero apud Deum. & si coram Deo fuero b̄ potens media oratione, & fiducia in eius omnipotentia; multo magis apud homines eropotens, sicut Angelus dixit Patriarchæ Iacob.

Genes. 32.  
18.

VLTIMO perpendam, hos discipulos, tandem suam imbecillitatem, fidei quē defectum aperuisse; dicentes: c nos autem sperabamus, quia ipse redempturus esset Israel: atque si dicerent, sed morte illius superueniente, hanc spem deposuimus; & nunc tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt: sed & mulieres quadam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt, eum viuere.

Luc. 24.  
21.

HIC nobis describitur imbecillitas imperfectorum, qui cito solent amittere etiam magnam existimationem, quam de Deo habebāt, & eius rebus, propter aliquem aduersum euentum, imperfectæ suæ apprehensionī &

iudi-



iudicio contrarium : eò quòd non nouerint Dei inuentiones & dispositiones, quas adhibet, vt eueniant quæ ipse vult : sicut hi duo discipuli non assequerentur, quòd mors Christi medium esset aptum, ad redemptionem Israel, quam ipsi sperabant.

## PUNCTVM III.

a **D**ixit Iesus ad eos, *ô stulti & tardi corde, ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Propheta ! nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suam? & incipiens à Moysè, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.*

a Luca 24.  
25.

I. PERPENDENDA primum est huius, Christi Domini nostri, reprehensionis asperitas; quæ tamen non ex indignatione, sed ex commiseratione & zelo procedebat, vt fidem illorum viuificaret; eosq; ab ignorantia, qua detinebantur, educeret. Vocauit illos *stultos* siue ignorantes; quod qui toties ipsum de hoc mysterio loquentem audiuiissent, necdum illud intelligerent : *tardos etiam corde* appellauit, quòd cum sufficientia haberent, ad Resurrectionem eius credendam, indicia & motiua, adhuc tamen de ea dubitarent. O supreme Magister, quàm potiore iure, me posses reprehendere, ac dicere, *ô stulte & tarde corde, ad credendum, quod Propheta & Evangelista dixerunt; siquidem plurima illorum non intelligo, vt deberẽ; nec fide viuata credo, vt opere ipso illa exsequar.* Aufer,

quælo



quælo Domine, hanc à me stultitiam, & duritiam cordis, vt te agnoscam, seruiamque, vt par est.

II. **P E R P E N D A M** deinde profundam illam, admirandamque rationem, quam Christus Dominus, suæ reprehensionis subiicit, *nonne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* illos docens, ignorantiam & cordis illorum duritiam, ex eò prouenire, quod non satis huic veritati credendæ attendissent. Aperi ergo, anima mea, oculos tuos, & considera: si necesse fuit, Christum tot ac tantas afflictiones perpeti, vt intraret in gloriam, quæ aliàs titulo hæreditatis, tanquam naturalis filij Patris æterni, ipseus erat; multò magis necessarium fore, te pati aliqua, vt ad gloriam peruenias, quæ non tua est, sed ipsius Dei; ad quam is, solâ suâ misericordiâ te destinavit. quod si tibi non esse necessarium persuadeas, stulta es, tarda, ac dura corde, ac porro digna graui reprehensione: quod si viua id fide credis, viue & operare sicut credis, tolerans omnes labores, & occurrentes difficultates; si quidem scriptum est: *b omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur*, propter eius scilicet amorem. b 2. Timot. 3. 12.

III. **D E N I Q U E** efficacitatem illam perpēdā, qua Christus Dominus noster, cæpit scripturas Diuinas illis interpretari, aperiens illis internum animæ sensum, quò possent intelligere; & cor inflammans ingenti amoris igne, vt ad illas, & ad eum, qui eas inter-

F

pre-



eLuc. 24.

32.

d Apoc. 3. 7.

e Cant. 2. 14

pretabatur, afficerentur; ita enim postea dixerunt; *c nonne cor nostrum ardēs erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas!* Hanc declarationem vocant, aperiri scripturas; quia illis erant occlusæ; apertæ autem fuerunt, cum mysteria, quæ in illis latebant, in lucem sunt deducta. O cælestis magister, qui *d habes in manu tua clauem David*, vt scripturas Diuinas pro libitu *aperias, & claudas*; superbis quidem claudens, humilibus autem aperiens: Aperi quæso illas Domine, indigno huic seruo tuo; vt mēs mea, mysteriorum, quæ in illis latent, veritate, illustrata maneat, & voluntas inflammata charitate, quam in illis aperuisti. Loquere mihi Domine, in huius vite via, vt cor meum ardeat in seipso, & anima mea liquefiat e *dulcedine vocis tuæ*. O felices discipuli, qui talem Magistrum audire promeruistis: cuius verba sunt faces, quæ lucent & ardent; illuminant, & accendunt, ea audientes: eum quæso orate, vt mihi, sicut vobis, loquatur, tactus commiseratione necessitatis meæ, sicut fuit misertus vestræ.

## PUNCTVM IV.

a Luca 24.

28.

a **A**PPROPINQVAVERVNT *Castello*, quo ibant, & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: *mane nobiscū, quoniā ad uespera scit, & inclinata est iam dies.*

L. PERPENDENDVM hic primò, Christum Dominum nostrum, quamuis reuerà cū

illis



illis manere cuperet, dedisse tamen aliquod  
 iudiciū illos deferendi, & progrediēdi vltē-  
 rius, talem se illis exterius præbens, qualem  
 illi in sua opinione esse iudicabant: vt ea ra-  
 tione permoti ipsum inuitarent, ac detine-  
 rent, erumpente igne, qui iam intus ardebat,  
 in externum illud opuspium recipiendi pe-  
 regrinum, quo se dignos redderent, ad quos  
 Dominus ingrederetur, in eorum animabus  
 mansurus, & manifestaturus, quis esset. O  
 Dulcis Iesu, quantumuis dissimules, certum  
 est tamē, *b delicias tuas esse cum filijs hominum,*  
 multoquē magis te desiderare cum illis esse;  
 quā illos tecum; potiūsi illi desiderant te  
 habere secum, id fit, quia tu illis tale deside-  
 rium suggeris, vt tu euadas desiderij & voti  
 tui compos. Gratias tibi pro immensa hac  
 charitate erga tuos electos; per eandem sup-  
 plex oro, ne me ab eius participatione ex-  
 cludas.

b *Prov.* 8. 31.

II. DE I N D E perpendam, discipulos non  
 solum inuitasse Christum, sed *coegisse* eum, vt  
 apud ipsos maneret, gaudet enim ipse Domi-  
 nus, cogi se à nobis, orationibus, gemitib<sup>9</sup>, la-  
 crymis, pœnitentijs, & precibus importunis,  
 allegantibus titulos & rationes, quæ vim  
 quodammodo illi inferant, vt nostris peti-  
 tionibus annuat, etiam vsque ad importu-  
 num illud verbum, quod illi dixit Iacob, *c non dimittam te, nisi benedixeris mihi,*  
 nec desistam tecum luctari donec te de-  
 das, & quod peto, mihi tribuas; quamuis

c *Gen.* 32. 26



reuerà in huiusmodi occasionibus non nos illum cogamus, sed bonitas, & misericordia ipsius illum cogit, nobis fauere: quia ipse spiritum illum nobis inculpit, quo illum cogimus. Et in tanti momenti negotio, atque mea est salus, non est mihi leuiter, oscitantè, ac tepidè procedendum, sed omnis diligentia imò violentia, quantum ipse Dominus permiserit, adhibenda est.

III. AD HOC iuuerit multum, orationem illam expendere, quam hi discipuli habuerunt dicentes: *Mane nobiscum, Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies*, Dominum iam appellantes, quem paulò antè peregrinum nominauerant: sed quia reuerentiam & magnum amorem erga eum conceperant, *Dominum* iam appellant: & rationem, ut manere velit, adferunt; quia aduesperascit, & inclinata est iam dies. O Bone Iesu, mane mecum, quia in anima mea, iam aduesperascit lux fidei, splendor virtutis, & feruor charitatis refrigescit, ac declinat: te autem discedente, conuertar in noctem obscuram & frigidam: mane mecum, Domine, quia dies vite meae aduesperascit, & nunc magis mihi est necessaria præsentia tua, cum iam nox meae mortis appropinquat.

Tu dixisti, Domine, *d si quis diligit me, seruum meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Cupio Domine, te diligere, tibi que ex toto cordis affectu obedire; mane,

quæ



quæſio mecum Domine, vt meum deſiderium poſſim implere, & ad æternam vitam peruenire, in qua manea tecum in æternum, Amen.

*Hac iaculatoria oratione vtitur hoc tempore Eccleſia, licetq; nobis frequenter illa vti, eo ſpiritu, quem in proximo colloquio inſinuauimus.*

## PUNCTVM V.

**E**T factum eſt cum recumberet et cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipſe euauit ex oculis eorum. a Luca 24  
30

PERPENDENDA hic ſunt cauſæ, cur Chriſtus Dominus noſter, voluerit ſe his diſcipulis manifeſtare, cum recumberet cum eis. **I.** *Prima* enim cauſa fuit, vt oſtenderet, ſe magnificere hospitalitatem, & charitatem illam; & ſimul doceret, huiusmodi opera miſericordiæ, aptè nos diſponere, ad ipſum Chriſtum, in ſuis pauperibus excipiendum, magnæque gratias & fauores ab eo obtinendos: ſiquidem teſte Sancto Gregorio, hi diſcipuli non ſunt illuminati, cum audirent præcepta Chriſti; ſed cum illa facerent. **II.** *Secunda* cauſa fuit, vt intelligeremus, efficacius multo eſſe exemplum, & plus valere, quam verbum, vt quis alijs innoſceat: & quoniam Chriſtus Dominus noſter, in utroque, hoc eſt verbo & opere, potens erat, oſtendit illis in via dulcedinem, & ſapientiam in verbis; ex quibus eum non ſatis cognouerunt: ſed in menſa, oſtendit illis grauitatem & modeltiam, qua panem con-

Homil. 23  
in Euang.



sueuerat in manibus suis accipere, & pietatem ac deuotionem, qua illum benedicens, gratias æterno P. A T R I propterea agebat, & caritatem, qua illis distribuebat: & harum virtutum, quæ eminenter in eo splendebant, aspectu, aperti sunt oculi eorum interni, vt illum agnoscerent.

III. Tertia causa fuit, ad significandum efficacitatem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, quod panis ille significabat, (quamuis aliqui dicant verè fuisse ipsum Sacramentum) quod vim habet mentem illuminandi, & internos oculos multò meliùs clarificandi, quam illud *b mel*, quod gustatum, *illuminauit oculos Ionata* Filij Saulis: gustata enim suauitas, quæ ex hoc cibo percipitur, aperit nobis ipsa experientia celsitatem & sublimitatem Christi Domini nostri, qui in illo est, & stupendos ad eò effectus per illud operatur. EX TRIBVS hisce causis, magna desideria concipiam, tria illa prædicta exercendi, opera, scilicet Misericordiæ, bonum exemplum erga alios, & frequentem sanctissimi huius Sacramenti perceptionem, supplex orans, cœlestem hunc Magistrum, præsto vt sit mihi, & iuuet ita ea exsequi, vt oculi mei aperiantur ad ipsum cognoscendum, & eidem, sicut par est, seruiendum.

IV. VLTIMO causas perpendam, cur Christus Dominus statim euauerit, tunc illos deserens, cum illi maximè fuissent eius præsentia recreandi: hoc autem fecit, vt sententiæ il-

b 1. Regum  
14, 27.

liu



lius, quæ est apud Iob, veritas intelligeretur: *c. Iob 7. 18*  
*c. Iob 7. 18*  
 visitationes Dei in hac vita mortali, non sunt  
 aut prolixæ, aut ex proposito; sed obiter &  
 mox atque apparuerit, se subtrahit: ut ad nos  
 exercēdos, tū vt operibus charitatis erga pro-  
 ximos attendamus. Et ita contigit in præsentī  
 casu: nam statim atque ab oculis illorū euanu-  
 it, magna illi lætitia pleni, quod eū vidissēt;  
 suam verò tarditatē damnātes, in eo agnosce-  
 do, cū in via eius verba audirēt, & cor eorū,  
 arderet; reuersi sunt in Ierusalē: vt grata hæc  
 noua Apostolis referrēt, promulgantes se ue-  
 rē eum uidisse & *d. Luc. 24. 35.*  
*d. Luc. 24. 35.*  
 cognouisse in fractione panis. Et qui, dum irent in Emmaus, tardo gressu, &  
 plumbeis, vt dicitur, pedibus, ob grauē tristi-  
 tiam ambulāt, in reditu properabant, & læti-  
 tia perfusi, ceruorū instar currebant. O Muta-  
 tio dexteræ excelsi! O potentia infinita nostri  
 dulcis Iesu! quā citò De<sup>o</sup> me<sup>o</sup>, mutas corda  
 tuorum discipulorū, & quā varias habes vi-  
 as ad eos permutādos! visita me, Domine, fre-  
 quēter, quāuis statim me probes: nā aspect<sup>o</sup>  
 tuus, vel ad momentum durans, sufficit me  
 deducere ex omni miseria, & animam meam  
 cælesti lætitia replere, e dilatans cor meum, vt  
*e Psal. 118. 32.*  
*e Psal. 118. 32.*  
 viam mandatorum tuorum curram, donec  
 perueniam ad te videndum in se-  
 de & throno tue glorię, in  
 æternum Amen.

( : )



## MEDITATIO VIII.

DE APPARITIONE,  
qua ipso die Resurrectionis  
Christus Apostolis ap-  
paruit.

## PUNCTVM I.

a Ioan. 20.

19.

b. Luca. 24.

36.

**A**VM sero esset die illo resurre-  
ctionis, & fores essent clausæ,  
ubi erant discipuli congregati  
propter metū Iudæorū, b venit  
Iesus, & stetit in medio illorū.

I. PERPENDENDA hic sunt causæ, cur  
distulerit Christus Dominus hanc Apostolo-  
rum visitationem, vsque ad vesperum, inter  
quos multi erant, qui vehementer illū aman-  
tes, videre desiderarent, vt S. Ioannes, S. An-  
dreas & alij *Prima* causa fuit, quod inter illos  
essent aliqui tardiores ad credendū, ideòq; o-  
porteret illos sentim disponere, vt hæc visi-  
tatio magis illis esset utilis. *Secunda* causa, vt  
probarer patientiam magis dilectorum, &  
hæc dilatione eorum desiderium ipsum vi-  
dendi, magis acueret, & melius essent dispo-  
siti ad fauorem & gratiam, quam illis facere  
statuerat. *Tertia* causa fuit, quia familiare est  
Domino nostro consolationem suis adferre,  
quando ipsi maximè diffidunt, se illam acce-  
pturos: Ideoque, cum Apostoli, iam se in cæ-  
naculo clausissent, omnino diffidentes se illa  
die Magistrum suum visuros, tunc ingreditur

repen-



repente, & illos visitat. HINC documentum accipiam, patienter expectandi Dei visitationem & consolationem; certo mihi persuadens, ad futurum ipsum mihi tempore maxime oportuno, memor sententiæ Habacuc: *c si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit*; Et Iob dicentis, *d cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer.*

*c Habac. 2.  
3.  
d Iob. 11. 17*

II. DEINDE perpendam causas, ob quas voluerit *clausis Ianuis*, ad illos intrare. quarum vna fuit, vt suis discipulis manifestum faceret, quod ipsius corpus esset verè glorificatum, & ob dotem subtilitatis posset penetrare quocunque vellet, absque vilo obstaculo. Deinde vt eadem opera ostenderet, omnipotentia suæ efficacitatem; & setanquam Dominum absolutum, posse animam ingredi, visitare, & suis inspirationibus consolari, ac pro suo libitu mutare; nullo existente qui vel impedire, vel *resistere* valeat eius efficaci *voluntati*. Item vt insinuaret gratum sibi esse, quod ipsius serui, cordis sui portas & fenestras claudant, quæ sunt sensus externi, *siquia ascendit mors per fenestras, & ingreditur domos nostras*: Illis enim clausis, ingreditur ipse, tanquam author vitæ, vt repleat nos læticia. O Rex gloriæ, tua est anima mea, & omnes eius facultates: nam domus est à tua omnipotentia fabricata, vt tua sit habitatio: ingredi illam, Domine, & in me fac quòd tibi lubet: cupio enim nihil resistere ijs, quæ tu statueris: desidero omnes eius portas ita

*c Rom. 9.  
19.*

*f Ierem. 9.  
21.*



claudere vt nihil ingrediatur, quod oculis tuis displiceat: sed si tu intus manes, hæc præsentia tua, erunt omnes melius occlusæ.

III. TERTIO causas exquiram, cur steterit *in medio* eorum? forte autem voluit ipsos intelligere, verum id esse, quod aliquando eis dixerat, *g vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio illorum.* Instar Solis illos illustrans; & instar Magistri docens; instar Pastoris, gubernans; tanquam Mediator inter Deum & homines eos pacificans. Denique instar protectoris, eos suis alis protegens ac defendens; omnia enim hæc officia præstat hic Dominus erga suos, quando se collocat in medio illorum. O Anima mea, siquidem vbi duo vel tres coniunguntur in nomine Christi, statim ipse adest in medio illorū, stude & contende, vt tres tuæ facultates, memoria, intellectus, & voluntas, congregentur & coniungantur in oratione, clausis portis sensuum: mox enim aderit ipse tuus Dominus, & in medio earum se constituet, illas sicut sol illuminans, sicut Magister docens, sicut Pastor gubernans, ac demū secum illas perfectâ amoris vnctione coniungens.

PVNCTVM II.

*a Luca. 24.  
36.*

**D**IXIT illis Iesus, pax vobis, ego sum, nolite timere. Cōturbati verò & cōterriti, existimabāt se Spiritum videre. Et dixit eis, quid

tur-



turbati estis? videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes, b & latus, gausi sunt ergo discipuli, viso Domino.

b Ioan. 20.  
20.

I. CONSIDERANDA sunt primo tria verba, quæ Christus Dominus noster, suis Apostolis dixit, cum esset in medio eorum, quæ sunt effectus & signa boni spiritus. Primum verbum fuit, *pax vobis*: atque si illis diceret, mementote, me aliquando vobis dixisse, c *pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*: Hanc pacem iam passione & morte mea obtinui; ideoque denuo eam vobis communico, eaque saluto. Secundum verbum fuit, *ego sum*, quasi diceret: ille ego sum, qui alias eram, eadem nunc est natura mea, eadem persona, eadem conditio; ego sum vester Magister, vester Saluator, protector, frater, ac vester Deus, protulit autem hoc verbum modo quodam, adeo iucundo, ut quietos & tranquillos reddiderit, & ut eum agnoscerent, effecerit. Et tunc adiecit tertium verbum, dicens: *nolite timere*: atque si diceret, etsi inuadat vos timor, ne tamen illum admiseritis; nec Iudæorum furorem timete, nec iram gentilium, nec rabiem Regum & Principum, qui insurrexerunt contra me: nam, existente me in medio vestrum, ab omnibus his periculis estis tuti. O Rex gloriæ, veni etiam ad animam meam; & sta in medio facultatum eius, ac dic illis; pax vobis,

c Ioan. 14.  
27.

Da



Da mihi Domine pacem, quā mundus nō potest dare; pone pacem inter carnem & spiritum meum; inter animæ meæ facultates, internas, & sensus externos; pacifica me cū tuo Patre, & cum fratribus meis. Dic Domine, animæ meæ; ego sum, noli timere, si enim hoc pignus habeam, quōd tu mecum sis, nō est cur timeam, talem habens protectorem.

II. **D E I N D E** perpendam, eiusdem Christi Domini nostri benignitatem, qui non contentus, quod suos discipulos certos reddidisset de sua Resurrectione, spectabile eis præbens proprium corpus, & propria voce, quam audire poterant, eis loquens; vult etiam tactū eorum certum reddere, potestatem eis faciens, corpus ipsum tangendi & palpandi; præcipuè verò pedes, manus & latus, vbi signa clavorum & lanceæ erant seruata; ad sananda vulnera infidelitatis & pusillanimitatis, quibus eorum corda erant sauciata: nam in hunc finem, inter alios, ea signa etiam post Resurrectionem voluit retinere: & ita re ipsa euenit, quōd accedentes magna reuerentia & amore, eo tactu fuerunt Apostoli illustrati, & in fide confirmati, & amore, gaudiōq; repleti, ob gloriam sui Magistri. Gratias tibi, Magister Supreme, ob eum fauorem & gratiam, tuis discipulis collatam, & in eis, omnibus etiam nobis. Satis apparet, commutasse te legem timoris, in legem amoris, siquidem olim d *percutiebas eos qui curiositate permoti, viderent arcam Domini, & qui temerè ad eandem te-*

di. Reg. 6  
19.

e 2. Reg. 6. 6

nen.



nendam, extenderant; sed nunc te ipsum, veram novi testamenti arcam, videndum & tangendum præbes, vitam & gaudium tribuens discipulis te videntibus, & tangentibus. O si quis felici illi discipulorum societati interfuisset, ut videre licuisset pulchritudinem, & elegantiam Iesu, dulcemque eius vocem audire, ac pretiosissima vulnera tangere. O dulcissime Iesu, in me spiritu, in veneranda tua præsentia constituo, tuamque celsissimam maiestatem adoro, & in intimo cordis mei prostratus, accedo, ut pretiosissima tua vulnera osculer magna fiducia, quod per illa sim à meis vulneribus liberandus.

## PUNCTVM III.

**A**LIVIBVS autem ex discipulis, a *ad* *Luca 24.*  
*41.*  
 huc non credentibus, ipsum esse eundem, qui fuisset crucifixus, & admirantibus præ gaudio, dixit: habetis hic aliquid, quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis sumens reliquias, dedit eis.

**I**PERPENDENDA hic est magnitudo amoris Christi Domini nostri, qui non contentus ijs, quæ prius ad discipulos reddendos certos de sua Resurrectione dixerat & fecerat; hoc etiam aliud signum magnæ familiaritatis & fraternæ affabilitatis adiecit, ut peteret aliquid ad comedendum, & coram illis comederet; etiamsi comedere, valde esset alienum ab statu corporis glorificati. Ex quo magnū



motiuum accipiam ad eum amandum, qui ita se humiliat & humanum præbet, ob nostrum commodum: accipiam etiam exemplum me ipsum humiliandi, vt benefaciam proximis meis, etiam cum opus fuerit aliquid præstare, quod non omnino cum celsitudine mei status conueniat. Neque enim exstimandum est, huic celsitudini repugnare, quod fit in bonum proximorum.

II. SECUNDO expendendum est mysterium huius comestionis. Nam piscis assus, figura est sacratissimæ eius humanitatis, quæ igne tribulationum fuit in cruce assata; fauus autem mellis refert eius Diuinitatem, quæ fons est omnis dulcedinis; & vtraq; res simul est in sanctissimo Altaris Sacramento; Vtramque comedit ipse Christus, in nocte suæ Passionis; vtramq; illi offerimus in sacrificium, & ipse nobis præbet in alimentum animarum, vt nos inflammet igne amoris sui, repletque læticia spirituali. O Dilecte cordis mei, si petis à me aliquid ad comedendum, quid tibi offerre poterò, tuo palato gratum, nisi piscem hunc & fauum mellis! Quod tu mihi dedisti, id ego tibi reddo; & à manu tua expecto illud recipere, vt comedam, & meæ necessitati remedium afferam: & si aliquid aliud desideras, ecce hic me, qui instar piscis, in perturbatissimo huius mundi mari vagor, per libertatem carnis, subditus malis sensualitatis meæ humoribus. Deduc me Domine ex isto mari; assa me igne tui amoris, exsicca

hor.



horrendas humilitates meas, & condiens dulcedine gratiæ tuæ, vt instar faui mellis, Gratus sim cibus palato tuo. Amen.

III. DENIQUE perpendam, quòd Christus Dominus noster, cùm satis discipulis suis ostendisset, se reipsa esse, qui erat, ex prædictis signis: reuocauit illis in memoriã: quicquid eo vsque actum fuisset, id non casu aliquo factum esse, sed *b quoniam necesse esset impleri* omnia, qua scripta erant in lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis de ipso; & tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, sicut fecerat cū ijs, qui ibant in Emmaus. Estq; fas credere, eorum corda etiam fuisse ardentia intra ipsos, cùm ille scripturas declararet.

Hoc fauore & comitate, finem imposuit Christus Dominus testimonijs suæ Resurrectionis, dum eam confirmauit sacris scripturis, quas nemo intelliget, nisi ipse Christus, sensum ei, ad eas intelligendas, aperiat; cuius luce si eas intellexerit, non prætermittet credere & admittere, quod illæ dicunt. O Magister coelestis, qui tuis Apostolis dixisti, *c quia vobis datum est, nosse mysteria regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant*: Fateor, sublimia tua mysteria mihi esse occulta, meumque sensum ad illa clausum: quia meis peccatis valde est obscuratus: sed memento Domine, te, passionis tuæ meritis, *d librum qui erat in dextera sedentis supra thronum, signatum sigillis septem*, ita aperuisse, vt legi posset.

Aperi,

b. Luca. 24.

44.

c. Luca. 8.

11.

Matt. 13. 11.

d. Apocul.

1. 8.



Aperi, Domine, & mihi librum tuorum sacrorum mysteriorum ita, ut illa intelligens, igne tui amoris totus accendar.

Ex dictis in hac meditatione, deprehenditur praxis, & modus specialis, quo Deus utitur, in consolandis suis familiaribus, per sensus internos, de quibus actum est §. II. Introductionis huius operis. Nam in hac apparitione consolatus est Christus suos Apostolos, non solum quoad sensus externos, sed etiam proportionaliter quoad internos: Nam quoad visum, ostendit se illis resuscitatum & pulcherrimum; quoad auditum, locutus est eis comiter & affabiliter; quoad tactum, præbens seipsum illis, ut tangerent, eius vulnera; quoad gustatum, distribuens illis reliquias piscis & fauis; ac denique aperiens illis ac perficiens internum sensum, ut sacras scripturas intelligerent, & latentia in eis mysteria cognoscerent. Quod totum operatur Christus Dominus noster spiritualiter, in illis animabus, quæ se dedunt contemplationi, sicut in prædicto. §. est explicatum, & ad-

huc dicitur in subsequentibus Meditationibus.



## MEDITATIO IX.

QVOD EODEM TEMPO-  
re Christus dederit Apostolis Spi-  
ritum sanctum, & potesta-  
tem remittendi  
peccata.

## PVNCTVM I.

**D**ixit Iesus illis iterum: *pax vobis*; sicut  
misi me pater, ita ego mitto vos.

a Ioan. 20.  
216

I. PERPENDENDVM est primò, Chri-  
stum Dominum nostrum, in vna hac visita-  
tione, bis illud verbum dixisse, *pax vobis*. Pri-  
mum, statim in ipso ingressu, vt illos dispone-  
ret, & capaces redderet, ad cognoscendum  
mysterium suæ Resurrectionis: quia cot tur-  
batum remorsibus peccatorum, aut in ordi-  
natione passionum, aut curarum multitudine,  
aut imaginationum agmine, non satis est dis-  
positum, ad Christum cognoscendum, & eius my-  
steria contemplanda. Quare necesse est, vt  
prius illud Christus seder, ac tranquillet; no-  
bis tamen etiã cooperantibus, ad quatuor illa  
prædicta contemplationis impedimenta re-  
mouenda, quæ (Sancto Bernardo teste) sunt,  
culpa mordens, sensus egens, cura pungens,  
& irruentia corporearum imaginum phan-  
tasmata: his enim impedimentis remotis, per

Ser. 23. in  
Canti.

13



interiorem pacem, quam Deus nobis tribuit, animâ ad id cooperante, capax efficitur consolationum proximæ Meditationis ad finem.

*Secundò* repetiuit eadem verba, *pax vobis*, vt melius adhuc eos disponeret ad munus, quod illis iniungere statuerat, eundi scilicet per mundum, ad conuersandum cum hominibus, eosque conuertendos: quod, nisi qui pacem secum habeat, & quod in se erit, ita dispositus sit, vt eandem ipse cû omnibus, & ipsos inter se, & cum Deo pacem habere studeat, præstare non poterit. O Rex pacis, Dic animæ meæ: bis *pax tecum*, vt vtraque pace fruens, perueniam ad cognitionem tuorum mysteriorum, & alios inueni, eadem cognoscere: quod omnes te diligamus, & vera pace & charitate tibi seruiamus. Amen.

H. DEINDE consideranda sunt verba illa quæ subiecit Christus, *sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. quibus verbis cômisit illis munus, ad quod illos elegerat, Apostolatus videlicet, quod significat missionem aut legationem: quasi illis diceret, sicut misit me Pater in mundum, vt illum docerem viam veritatis & virtutis; sic ego vos mitto in mundum, vt in eo, quod ego cæpi, vos pergatis, illudque promoueat. Ex quo apparet, quanta sit dignitas à Christo Domino, suis Apostolis collata, quos fecit, suos legatos, & successores, in munere conuersionis mundi, iuxta illud A-

post-



postoli, b pro Christo legatione fugimur, tanquã b 2. Corint.  
 Deo exhortante per nos, in quibus posuit verbum 5.20.  
 recõciliationis. obsecramus igitur iam pro Chri-  
 sto, reconciliamini Deo. In eandem porro di-  
 gnitatem succedunt alij, ac succedent, vsque  
 ad finem ipsius mundi, ne desit vnquam, qui  
 eius conuersioni & perfectioni attendat. Ha-  
 ber verò magnam vim & emphasim vox illa,  
 SIC V T; quæ etsi non æqualitatem, magnam  
 certè similitudinem denotat: atq; si diceret:  
 ego, qui Patri meo sum æqualis, vos mitto, fi-  
 cut ille me misit; plurimas gratias ac dona,  
 quæ ego habeo, vobis tribuens, vt munus idẽ  
 præstetis, quod ego præstiti. Ne tamen existi-  
 memus, munus hoc esse ad quietem eius, cui  
 illud committitur; eisdẽ verbis insinuat eius  
 onus, dicẽs: sicut Pater, quamuis me amet, non  
 tamen misit ad honores & delicias, sed ad su-  
 stinendas ignominias & labores, quia id meũ  
 munus requirebat; ita ego, licet vos amem,  
 mitto tamen ad graues tolerandas persecu-  
 tiones, vt commisso vobis muneri fideliter  
 respondeatis, sicut ego tales perpessus, meo  
 muneri satis feci: non enim c *Apostolus est ma-* c Ioan. 13.  
*ior, aut maiori priuilegio vti debet, quam qui* 16.  
*misit eum, cuius est ipse legatus.* O Apostole,  
 & Pontifex supreme, cui d A P O S T O L I no-  
 men eminenter competit, eò quòd ab æterno  
 Patre sis missus, ad saluandum mundum, iu-  
 stum omnino est, nos omnes tuæ vitæ con-  
 formari, tuæque missionis gressus sequi,  
 sustinentes labores & afflictiones, quas tu

d. Hebr. 3. 1.



sustinuit, vt eius, qui te misit, voluntati plene satis fiat. En, me totum obsequio tuo offero; mitte me quò libuerit, paratum ad sustinendum, quod tu decreueris: cum enim tu me mittas, gratia quoq; tua me iuuerit, vt exsequar, quod iubes.

## PUNCTVM II.

a Ioan. 20:  
22.

**H**AEC cum dixisset, insufflauit, & dixit eis; accipite spiritum Sanctum. Huius doni excellentiam perpendemus Meditatione 22. modus nunc tantum est perpendendus, quo illud dedit, expendendo huius insufflationis mysterium.

I. PRIMVM insufflauit, ad significandum Spiritum illum sanctum, quem illis dabat, ita ab ipso procedere, sicut halitus procedit ab eo, qui afflat. Itaque non solum dona sua, sed ipsum quoque Spiritum Sanctum, simul cum illis nobis tradit: qui etsi in persona sit distinctus, non tamen in substantia. Benedictus sit talis dator, qui adeò liberaliter, adeoque faciliè, dat nobis grande adeò donum, & æquè pretiosum, atque est ipse dator.

b Genes. 2.  
7.

II. DEINDE afflauit, vt significaret, se eundem esse, qui b *inspirauit in faciem Adamo, ex limo terra formato, spiraculum vitæ, quo factus ille est homo in animam viuentem;* & hunc Spiritum, eosdem in anima effectus habere, quos alter ille habuit in corpore, ipsam videlicet animã viuificare, & pulcherrimam reddere; motus, sensusque tribuendo, & operã super-

natu-



naturali vitæ, quâ illi communicat, proporti-  
onata: ac porro quale corpus absq; anima re-  
manet. ; ita animam sine Spiritus huius sancti  
gratia, quæ illam viuificat, remanere. Ex  
quo intimum concipiam Spiritus huius  
Sancti desiderium, magnoque feruore cum ab  
ipso Christo Domino petâ. O Dulcis Iesu, in-  
spira in animâ meâ hunc Spiritus Sancti affla-  
tum, vt noua gratiæ vita viuens, opera efficiat  
æternæ vitæ digna, ad tuam gloriam.

III. PRAETEREA afflatus hic est ventus,  
seu Spiritus quidâ, quem vi ex ore eijcimus,  
quo afflare consueuimus, & puluisculum siue  
stipulam ex veste, aut ex loco alio mundo ab-  
ijcimus, qua ratione etiam Spiritus Sanctus  
datur ijs, qui sunt iusti, quales erant Apostoli,  
vt interna vi moueantur ad id, quod bonum  
est, & purgentur à culpis, & imperfectioni-  
bus etiam leuissimis; ita vt nihil in eis rema-  
neat, quod ipsius Spiritus puritatē dedecet.

IV. DENIQUE hoc donum, fuit tanquam  
pignus illius Spiritus, qui in die Pentecostes,  
tanquam ventus vehemens dandus erat, eò  
copiosius, quo vehemens ventus, simplicem  
nostrum halitum excedit: nam qui hoc die  
datus est, dirigebatur solum ad vnum effe-  
ctum, hoc est ad remittenda peccata; qui au-  
tem in die Pentecostes dandus erat, ad  
multos etiam alios effectus erat  
dirigendus, vt suo loco  
videbimus.



## PUNCTVM III.

a Ioan. 20.  
23.

b Isai. 43.  
25.

Marci 2.8.  
Potestas re-  
mittendi  
peccata.

STATIM adiecit Christus: a quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. His verbis dedit Christus Dominus noster suis Apostolis potestatem remittendi peccata, quæ propria est Dei: nam ad eum solum spectat, iniuriam donare, cui illa est illata. Cùm itaque peccatum grauissima sit iniuria aduersus Deum; ad ipsum solum pertinebit, illam remittere, iuxta illud Prophetæ, *b ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me*; vel ad eos, quibus vices suas ipse committit, quas non commisit Angelis, sed hominibus, pro quibus factus est homo: Nec eas dedit hominibus, qui ipsius in mundum aduentum præcesserant, sacerdotibus scilicet veteris legis, qui, vt non poterant corporis lepram sanare, sed declarare solum eum, qui sanus iam esset; sic nec poterant quemquam, ab animæ lepra mundare: at sacerdotibus nouæ legis, dedit Christus Dominus potestatem, vt medijs sacramentis, re ipsa & verè, à lepra peccatorum, animas, ipsius nomine, & tanquam vicarij, & locum eius tenentes, mündent. Et ita participes illos facit, infinitæ dignitatis Saluatoris, quæ nomine ipso Iesu significatur; ipsius enim virtute saluant, & liberant à peccatis: quam ob re innumeras ei gratias debemus. O liberalissime Iesu, quid tibi reddemus, pro adeò insigni beneficio? Et quandoquidem alicui hanc

pote-



potestatem tradere volebas ; an non fuisset melius, eam Angelis dare , qui ab omni peccato mundi sunt & puri , & tui honoris Ze- lantes, quem nouissent benè propugnare, & pro illo respondere? O immensa Dei libera- litas, O liberalissima misericordia , homini- bus peccatoribus vices tuas tribuis, & loco tuo illas collocas, vt remittant peccata ! Vt eò profusus illi remittât, quò magis propriâ necessitatem agnoscunt. Et quamuis iustum omnino sit, vt honori tuo consulant ; placet tamen tibi, vt propriæ quoque utilitatis & commodi rationem habeant.

EMINET tamen maximè misericordiâ hæc & liberalitas , cùm absque numero aut termino , in multis rebus , potestas hæc est concessa. Nam *primum*, ea se extendit ad om- nes homines huius mundi, cuiuscunque illi statûs & conditionis sint, nemine prorsus ex- cluso , quamdiu viuit in hac vita mortali, ita vt, nisi peccator ipse negligat , veniam peccatorum suorum quærere, medio hoc sa- cramento ; nihil illi deesse possit , ob defe- ctum huius potestatis , ad veniam impetran- dam. *Deinde* eadem potestas extendit se ad omne genus peccatorum, etiam enormium & grauissimorum ; ad eò vt etiam peccatum in Spiritum Sanctum , de quo ipsemet Chri- stus dixit, *c qui dixerit verbû, cõtra Spiritû Sã- ctû, non remittetur ei, neq, in hoc seculo neq, in futuro*, eo quod ex parte ipsius peccâtis, diffici- le sit quod remittatur; nihilominº si peniteat,

1.

2.

c. Matt. 12.



d. Matt. 18  
2, 28

potestas est in terra, ad illud remittendum  
 Tertia extendit se eadem potestas ad quem-  
 cunq; numerum peccatorum possibilem, quã-  
 diu hominis vita durat, adeo d vt ipse Iesus di-  
 xerit sancto Petro, non dico tibi vsq; septies, sed  
 vsq; septuagies septies: imo septingenties mil-  
 lies, & sine numero remitti potest ei, qui to-  
 ties peccauit, idq; suauitate quadem stupen-  
 da. Nam, vt Christus Dominus noster, afflatu,  
 quem ore suo in Apostolos insufflauit, de-  
 dit eis Spiritum Sanctum, ita Confessarij verbo  
 absolutionis, quod exit ab ore eorũ, nomine  
 & virtute Christi, dant illum pœnitentibus,  
 & ab eorũ peccatis ipsos liberant. ET quo hæc  
 potestas, perpetua esset in Ecclesia, voluit idẽ  
 Christus Dominus, vt Episcopi, qui sunt A-  
 postolorum successores, eodem afflatu, di-  
 centes verba, quæ ipse Christus dixit, darent  
 Spiritum Sanctum, & potestatem remittendi  
 peccata ijs, quos ordinant Sacerdotes. O-  
 mantissime & liberalissime Iesu; si paruo ti-  
 bi constitisset, leuiq; pretio comparasses re-  
 missionem peccatorum, non adeo admirarer,  
 tam liberalem te esse, in adeo ampla potesta-  
 te communicanda, ad illa remittenda; sed cõ-  
 video, pretio tui pretiosi sanguinis, horren-  
 dis adeo doloribus, & ignominijs effusi, tibi  
 hanc remissionem stare; quis non obstupe-  
 cat, & extra se fiat, ad immensam tuam mise-  
 ricordiam prædicandam! Sit septingenties  
 millies benedicta infinita tua Charitas, pe-  
 quam humillimè peto, vt omnes adiuues

pecca-



peccatores, ad fructum ex ea capiendum, & veniam obtinendam, quam adeò liberaliter illis offers. Ex dictis intelligam, quo spiritu & feruore, accedendum mihi sit ad sanctissimum Sacramentum confessionis; tanquam qui accedat ad accipiendum Spiritum Sanctum, mediante verbo absolutionis, quod tanquam Christi halitus, prodit ex ore Sacerdotis. *Hac de re aliquid est dictum Meditatione 3<sup>o</sup>. I. partis.*

MEDITATIO X.

DE ALTERA APPARITIONE Apostolis facta, præsente Sancto Thoma, octaua die post Resurrectionem.

PUNCTVM I.

**T**HOMAS vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus: Dixerunt ergo ei alij discipuli: vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

*a Ioan. 20. 24.*

CONSIDERANDI sunt hic huius Apo



stoli defectus, non ut illum propterea iugilemus, sed ut cautiore ex eo euadamus, & ut facilius appareat, quanta fuerit Christi Domini nostri, in eo curando misericordia, & quam ipse Apostolus profecerit ex ea curatione.

I. PRIMVS defectus fuit, quod discesserit ex reliquorum Apostolorum contubernio, siue quod tædio affectus esset; siue ut rei alicui alteri, palato suo gratæ, attenderet: ob quam causam tanto bono priuatus fuit, videndi scilicet Christum Dominum, & fruendi gratijs, quas ceteri Apostoli ab eo acceperunt. Ex quo discam, quam grande sit malum, deserere contubernium bonorum: & si sum religiosus, quantum noceat ab ipsa communitate recedere; & in vitium singularitatis incidere. Christus enim Dominus, assistit in medio illorum, qui sunt charitate coniuncti; subtrahit se autem ijs, qui cum læsione fraternæ charitatis, sunt singulares.

II. SECUNDVS defectus, & peccatum eius, fuit incredulitatis simul cum duricie cordis, & pertinacia proprii iudicij, cum noluit credere, quod condiscipuli omnes, tanquam oculati testes, ipsi referebant: præferens ex occultâ superbiâ, iudicium proprium, reliquorum iudicio.

III. TERTIVS defectus, fuit quidam modus præsumptionis & curiositatis, quo eò usque peruenit, ut præscriberet Deo modum, quo ipse ad credendum induci vellet; dicens, se non contentum fore, si oculis suis viuente Christum cer-

neret



neret, sed etiã velle digiro s suos, & manus, in vulnera ipsius mittere: quod quidem perniciosum est valde ijs, qui tractant cū Deo; neq; enim fas est, sibi ipsū tantū tribuere, vt speciales quærant fauores, nec Deo præscribere media, quibus ipsi ad credendum inducantur, aut se Diuino obsequio ita mancipare, vt media ordinaria reijciant, quæ Deus præscripsit.

IV. **Q**UARTVS defectus fuit, modus ille pertinaciæ, quo per octo dies, ita malè dispositus permanserit, vt noluerit emollescere, propter dicta condiscipulorum, nec Petr, nec illorū, qui in via ad Emmaus Christū viderāt, & forte idē ei dixerit ipsa Virgo sanctissima, & reliquæ mulieres, quæ eundē Dominū viderant: his enim omnibus aures surdas præbens, in sua permansit durities; & verò perdurasset per multos adhuc dies, & vsq; ad finē vitæ, nisi Christus Dominus ad ipsū venisset, vt curaret. Hoc totū, speciali Dei prouidentia ita permittente, euenit, tū vt eiisdē Thomæ durities, in nō credendo, cōuerteretur in maiore firmitatē & soliditatē testimonij, quod postquā crederet, alijserat redditurus; tum vt hinc deprehendamus nostrā imbecillitatē, si Deus manum suam à nobis subtrahat, quod b  
*nullus fide possit ad Christū peruenire nisi Pater eū traxerit.* O fili Dei viui, qui mansā nosti, ex qua me cōdidisti, ne me excutias à manu tua, ne pereā, libera me ab his quatuor vitijs, quæ quatuor vëtorū instar, domū Thomæ oppugnarūt, ne & meā expugnēt, & ad terrā deijciāt.

b Ioan's.

44.



## PUNCTVM II.

a Ioan 20.  
26

**P**OST dies octo iterum erant discipuli eius ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli esse incredulus, sed fidelis.

b Luca 15.4

II.

I. **C O N S I D E R A N D A** Primùm est infinita Christi Domini Charitas, qua prospicit suis ouibus: nam postquam octo dies expectasset, num Thomas conuerteretur; videret autem eius duritiem, noluit diutius remedium differre, sed ipsemet venit, vt illum sanaret, manifestans se illi sicut cæteris, ingressus ianuis clausis, & salutans verbo illo, *Pax vobis*, sicut prius fecerat; quò sic eum moueret ad credendum. O Pastor amantissime, qui ita vnã diligis ouem, atque multas; libenterque *dimittis nonaginta nouem in deserto, & vadis ad quærendum illã, quã à reliquo grege errans perierat, donec eam inuenias*: nunc video, te semper eundem esse, siquidem desiderium saluandi ouẽ illam, Apostolum tuum, qui tendebat in ruinam, facit, vt venias ad illum quærendum, & apprehensa eius manu velis illum in cor tuum introducere. **D E I N D E** perpendendum, et si potuisset Christus Dominus noster, seorsim Thomæ apparere, sicut fecerat Sancto Petro; voluisse tamen potius coram alijs Apostolis: tum, vt ipse Thomas intelligeret, hanc gratiã non fieri sibi, propter merita propria; sed quòd



quod esset in societate bonorum & dilectorum discipulorum: tum, ut ceteri animaduertent sui Magistri charitatem, qui ut bene faceret vni, & quidem incredulo; ad omnes veniret; & sua praesentia omnes consolaretur: ac denique; ut, sicut omnes fuerant testes incredulitatis Thomae, ita nunc essent testes eius fidei; & haec ipsa etiam ipsos confirmaret in sua. Ex quo apparet suavis huius Domini prouidentia, qui vnus defectum conuertit non solum in eiusdem commodum, sed etiam in aliorum; ita disponens curationem illius, ut omnes ex ea fructum capiant. DENIQUE comitatem III  
& affabilitatem perpendam, qua Christus Dominus Thomam est allocutus, dum eius imbecillitati sese accommodauit. Nam ut intelligeret Thomas, ipsum Christum eius cogitationes cognoscere, scireque quid ipse dixisset, voluit hac ratione illum conuincere, ac dixit: siquidem tu dixisti, nisi videris in manibus meis fixuram clauorum, & miseris digitum tuum in locum clauorum, & manum tuam in latus meum, te non crediturum; accede huc, & *infer digitum tuum in manus meas, & manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus*, quia non sum hoc a te promeritus, sed fidelis, ad quod haec vulnera te merito permouebunt. O infinita sermonis Iesu affabilitas! nunc, Saluator mi, video, quam meritis tuus Apostolus dixerit, *d apparuisse benignitatem & humanitatem Saluatoris nostri Dei, qui non ex operibus iustitia, quae fecimus nos*

c Ioan. 20<sup>o</sup>

28

d Tit. 3. 4

sed



sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. nam verè tua benignitas & humanitas apparuit hodie Thomæ, saluum eum faciens, non ex operibus suis, quibus id non erat promeritus, sed secundum magnâ misericordiam tuâ, cuius pignus nobis dedisti, quod nō se occultabit quærētibus eâ, quæ etiâ nō quærēntibus palâ se offert, dicens, ecce ego, ecce ego. & affirmat; *inuentus sum à nō quærētibus meis, palam apparui ijs, qui me non interrogabant.*

## PUNCTVM III.

e. *Isai.* 65.f. *Rom.* 10.

20.

a. *Ioan.* 20.

25.

S. *Thom.* 2.

p. 54. a: 4.

ad. 2. Sc.

tat. S. Leon.

RESPONDIT Thomas & dixit ei: Dominus meus & Deus meus! Dixit ei Iesus; quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt: I. PERPENDENDA imprimis est illustris hæc S. Thomæ confessio. Nō constat ex Euangelio, nū vulnera Christi tetigerit, aut satis habuerit eū vidisse, eiusq; verbum audiuisse, quibus ad ea tangēda inuitabatur: Et tamen est credere, eum ob reuerentiam abstinuisse à tactu, & se ad Christi pedes proiecisse, sed Christum tamen arripuisse eius manum, & effecisse, vt primum suum desiderium expleret; vt sic magnitudinem suæ charitatis magis patefaceret; tactis verò ipsis vulneribus, aded est illustratus, vt maximo cordis affectu, confessus fuerit, Christum esse suum Dominum, & suum Deum, distinctè exprimit eum humanitatem, & eius Diuinitatem; & sese totum feruentissimo amore, eius obsequio obtulerit; quod indicant illa verba *Dominus meus & Deus meus*, quæ sunt ten-

amor



amoris verba; & ideo non dixit Dominus nos-  
 ter & Deus noster. Iure merito, O Thoma,  
 Magistrum tuum vocas Dominum meum & De-  
 um meum, vt qui ad eum te dilexerit, vt tui soli-  
 us boni intuitu, ceteris tuis condiscipulis pa-  
 ruerit, & quasi illorum oblitus ad te solu ser-  
 monem suum conuerterit; vt te magis in sui a-  
 morem alliceret & inflamaret. O Dulcissime  
 Iesu, & ego liberaliter sicut Thomas, fateor  
 te esse Dominum meum, & Deum meum: eo  
 enim amor tuus peruenit, vt sis paratus pro-  
 pter me solum facere, quod pro illo fecisti: b  
*quia, vt ait Apostolus, dilexisti me, & tradi-* b. Galat. 2.  
*disti te metipsum pro me,* applicans mihi fructu 20.  
 mortis tuae, atque si pro me solo passus fuisses.  
 II. DEINDE perpendendum, Christum Domi-  
 num nostrum et si confessionem quidem Tho-  
 ma approbauerit, non tamen propterea illum  
 laudasse, vt beatum illum diceret, sicut dixit  
 Sancto Petro, *c beatus es Simon Bariona,* c. Matt. 16.  
 quando ille dixerat, *tu es filius Dei viui,* eo quod 17.  
 tardior Thomas hic fuisset in credendo; & ne  
 alij, si ipse illum laudasset, occasione hinc acci-  
 peret, simile aliquid petendi, & sensum experi-  
 entiam requirendi, ad credenda mysteria Dei, ac  
 propterea tacite potius illum reprehedit, cum  
 dixit, *quia vidisti me, Thoma, credidisti;* atque si  
 diceret, vt crederes me esse tuum Dominum, &  
 tuum Deum, opus tibi fuit me videre, & palpare;  
 & mox subiunxit: *beati qui non viderunt &  
 crediderunt;* ad consolationem eorum fi-  
 delium, quibus cum, eum in mortali hac  
 vita

vita



d Mat. 13. 16  
Luca 10. 23

vita videre, datum non fuerit, crediderunt  
tamen id, quod Thomas videns & palpās cre-  
didit. Dixerat aliquando idem Dominus, d  
*beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: dico enim*  
*vobis, quod multi Prophetae, & Reges, & iusti*  
*cupierunt videre, quæ vos videtis, & non vide-*  
*runt; & audire, quæ auditis, & non audierunt;*  
nunc autem dicit, *beati qui non viderunt, &*  
*crediderunt,* nam ex vna parte gaudemus fru-  
ctibus & bonis, quæ ipse nobis sua morte im-  
petrauit; Sacramentis, quæ instituit; & exem-  
plis, quæ toto vitæ suæ decursu nobis præbu-  
it; sermonibus, quos prædicauit; & lege deni-  
que perfecta, quam nos docuit: ex altera vero  
parte, fides nostra maius meritum habet, eo  
quod non videntes, nec sensibus externis per-  
cipientes, quæ illi viderunt, & perceperunt,  
eadem credimus. Hæc fides principium est  
nostræ beatitudinis; & si charitate perficitur,  
etiam in eandem introducet. Gratias tibi, mi  
Saluator, quod curæ tibi fuerit, consolari e-  
os, qui dulci tua præsentia frui non potuerunt.  
& siquidem assequi mihi non licuit beatitu-  
dinem illorum, qui corporis oculis te vide-  
runt; cupio perfectè illam assequi, quam illi  
habent, qui te spiritualibus oculis videt: cla-  
rifica meos, Domine, cælesti tuo lumine, vt fi-  
de viuificata, & charitate accensa, te semper  
credam, & ita amem, vt beatus sim te-  
cum in regno cælorum.

Amen.

MEDI



MEDITATIO XI.

QUAS OB CAUSAS CHRISTUS Dominus in glorificato suo corpore vulnera sacra in pedibus, manibus & latere seruauerit.

**D**IRAE M S I S I S qua praecedentibus Meditationibus diximus, colligemus in hac aliquas causas, propter quas Christus Dominus noster praedicta vulnera in corpore suo glorificato seruare voluerit; perpēdentes latentē in singulis spiritū, & fructū ex singulis colligentes.

S. Thom. 3.  
p. q. 54. a. 3.

PVNCTVM I.

**P**RIMA causa fuit, vt ostēdens non solum corpus, quod palpare possent, sed loca etiam clauorum & lanceę, in fide Resurrectionis magis confirmarentur, ac distinctius crederent, idem esse omnino corpus glorificatum, quod fuit cruci affixum; non verò aliud recens factum. Quo eodem facto, etiam nos confirmat in fide nostrae Resurrectionis, quę futura sit in eisdē corporib⁹, quę in mortali hac vita habuimus, iuxta illud Iob, a scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum;

Iob, 1. 19  
25.

V. part. med.

H

quem



quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspici-  
 turi sunt, & non alius: reposita est hac spes mea  
 in sinu meo. Ad cuius sancti imitationem, re-  
 ponam & ego spem hanc in sinu cordis mei,  
 vt in medijs calamitatibus & morbis meis,  
 me ipsum consolet; credens firmiter, carnem  
 meam, quamuis vulneratam, & vermibus à  
 pedibus ad caput plenam, & in sterquilinio  
 iacentem, sicut fuit Iob, & quamuis excoria-  
 tam, & in mille partibus transfixam, & in  
 cruce, sicut fuit Christi Domini nostri; ean-  
 dem tamen ad nouam vitam resurrecturam:  
 & si qua signa, aut vulnera, in ea resuscitata  
 remanserint, id non prouenturum ex imbeci-  
 llitate eam resuscitantis, sed id permitten-  
 tis ad maiorem gloriam & pulchritudinem  
 ipsius carnis resuscitatæ: & hac ipsa spe exci-  
 tare meam carnem debeo, vt libenter & pa-  
 tienter toleret labores, quos patitur.

## II.

SECUNDA causa fuit, vt eadē vulnera,  
 quæ in glorificato corpore remanebāt, signa  
 essent suæ victoriæ, atque triumphī; & simul  
 indicia, quòd magni ipse faceret, labores &  
 ignominias pati, siquidem eū honorem ipsis  
 vulneribus exhibuit, vt etiam in glorificato  
 corpore ea retinuerit; singulari tamen splē-  
 dore, ac pulchritudine. Qua eadem ratione  
 excitare nos voluit, ad patiendum; vt in hoc  
 ipso gloriantes, magno honori tribueremus  
 aliqua in corpore nostro vulnera habere im-  
 pressa, hoc est labores aliquos & dolores illis  
 similes, quos Christus Dñs noster est passus,

cuius



cuius amore eos perpessi simus, dicentes  
cum Apostolo, *b stigmata Domini Iesu in cor-*  
*pore meo porto.* O Dulcissime Iesu, tu Domi- *b Galat 6.*  
nus meus, & Redemptor meus es, & ego *17.*  
mancipium tuum; & quandoquidem solent  
Domini, mancipia sua cauterizare, aliquibus  
signis impressis, ut agnoscantur, talium esse  
Dominorum; & non possint fugere ex illo-  
rum seruitio: imprime & mihi signa vulne-  
rum tuorum, ut semper tuus maneam, nec à  
Diuino tuo obsequio vnquam recedam.

## PUNCTVM II.

## III.

**T**ERTIA causa, cur vulnera in glo-  
rificato corpore referuau erit, fu-  
it, ut illi essent tanquã memoriale, & exci-  
tatorium eorum, quæ pro nobis fuit per-  
pessus; ut sic ad nos amandos, nobis parcen-  
dum, ac semper benefaciendum permouère-  
tur. Et qui, quia Deus est, (ut ait Isaias Pro-  
pheta) *a non obliuiscitur nostri, quia in mani-*  
*bis suis descripsit nos;* ita etiam, quia homo est, *a Isaias 49.*  
non obliuiscetur nostri, quia in manibus suis *16-*  
scriptum habet, quanti ipsi stemus: quas ma-  
nus sicut apertas habet foraminibus clauo-  
rum; ita apertas, & extensas habet, ad nos re-  
plendos benedictione sua; & illo amore,  
quem apertum eius latus nobis manifestat. O  
Dulcissime Redemptor, hoc ipsum ob- *b Cant, 8.6.*  
stringit me, ut nunquam tui obliuiscar, *b sed*  
*ponã te, ut signaculũ super cor meũ, ut signaculũ*



c. Deuter 6.  
8.

*super brachium meum*, vt omnia opera mea ac desideria, ob signata sint sigillo tuæ infinite charitatis, vt in omnibus impleam tuam sanctam legem. Et si quidem populo Hebræo iussisti, vt *verba legis*, quam per Angelos illi dederas, *cligarent quasi signum, in manu sua*, & *mouerentur inter oculos illius*, vt eorum recordarentur, multo magis rationi consonum est, vt idem ego præstem circa eam legem, quæ data fuit, manibus Domini Angelorum, quæ mei causæ clavis fuerunt transfixæ.

d. I. Ioan. 2. 1.  
e Genes. 9.  
14.

QUARTA causa fuit, vt eadem vulnera æterno suo Patri continuè ostendens, eius iram, & contra mundum, ob nostra peccata, indignationem placaret officium, agens perpetui nostri d. *Aduocati apud Patrem*; si enim aspiciens Deus e *Arcu cælestem*, pulchritudine trium colorum exornatum, *recordatus fæderis sui nobiscum, iram suam placat*, vt propter illud *signum*, sit memor, vt non delet *aquis diluuij omnem carnem*: quanto magis placabitur, videns Arcum hunc ipsius cælestis Empirei Christum Iesum, triplici illo genere vulnerum; manuum, pedum, & lateris splendens, qui erit illi, vt signum & mortuum, vt mundum, pro eius meritis, castiget? Hoc spiritu debeo æterno Patri ostendere vulnera filij ipsius; ac supplicare, vt, propter illa, placet iram suam, quæ habet aduersum me, & omnes homines, dicēs illi. *Protector noster aspice Deus, & respice in faciē Christi tui*. Respice etiā benedictas ipsius manus, pedes, ac lateris;

¶ Psal. 83. 10.



per sacratissima manuum vulnera, concede nobis, vt nostræ semper opera bona faciant; & propter vulnera pedum, vt nostri bonis semper gressibus incedant, & propter vulnus lateris, vt nostrum latus sit amore tuo vulneratum. Sequere, anima mea, scripturæ Diuinæ consilium, & eleuatis in cœlum Empireum oculis, *g vide arcum*, qui illic est, *& benedic eum qui fecit illum; valde speciosus est in splendore suo; girauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illam, & qualem vides, exornarunt.* Benedicantur manus illæ, quæ talē arcū fabricarunt; & ad quarum nutum, suas ipse manus extēdit in cruce, varijs cœlestibus virtutibus exornatas, quò, in signum pacis, omnes suos electos complecteretur, & circulo suæ protectionis illos circumdaret, ac demum in throno gloriæ suæ collocaret.

Quinta causa fuit, vt nos vulnera illa aspicientes, ad suum amorem & obedientiam, prouocaret, agnoscentes per ea, quantum ipse nos dilexerit, quantumque pro nobis fuerit perpeffus; ita vt, Spiritualis horum vulnerum, quæ in glorificato Christi corpore remanent, aspectus, esset efficacissimum facultatum animæ nostræ, excitatoriū, vt omnes in huius Domini obsequio occuparentur; & vt alibi est dictum, per eadem vulnera, aditus nobis ad ipsius Domini interiora pateret, vt ibi habitantes, cum eodem vniremur: actuali memoria, cognitione, & amore; cogi-

*g Eccl. 43.  
17.*

*P. 4. Medit.  
53. p. 1. 4.*



h. *Canti 2.*  
14.

tantes, ex ipso caelo nobis illud dici, *h surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea* celeri volatu ad *foramina petrae & cauernam maceria;* ingredi vulnere corporis mei, non iam sanguine fadata, sed splendentia & glorificata. Si mihi inferni te insequentes vexent, ad haec vulnere confuge, quae te protegent ab eorum tentationibus; Si mundi vanitates te persequentur, & tuae carnis pravae propensiones, confuge ad haec vulnere, in quibus refugij domum inuenies, aduersus omnes timores tuos; Si te videris turbari à curis & negotijs, subtrahere te illis, & haec vulnere ingredi, in quibus quietem inuenies, & tuo spiritui requiem; Si cupis me cognoscere, & toto corde diligere, ad haec vulnere accede, ingredi illa, & ibi deprehendes, quanti te fecerim, quantum te dilexerim, & ex corde meo tales amoris flammis prodeuntes experieris, vt totum cor tuum inflament, coniungant, & transforment in meum. Respice vulnere manuum mearum; & corrobora tuas, vt pugnare valeas pro gloria mea, sicut ego pugnaui pro salute tua; Aspice cauernam lateris mei, & aperi mihi tuum; totum amorem mihi donans, sicut ego me totum pro te tradidi. Aspice vulnere pedum meorum, gressusque tuos ad meum obsequium dirige, imitatus meos cum perseverantia, donec obtineas coronam.

PER huiusmodi considerationes, merito debeo affectus meos exercere, memor vulnere

rum



rum ipsius Christi Dñi nostri; quæ vt cominùs aspiciam, fidem meam excitabo, qua attendam, illa esse in glorificato eius corpore, non solùm in cælo, sed etiam in sacratissimo altaris sacramento; vbi illa sunt instar quinque *i. Isai. 12. 3.* fontium Saluatoris, ex quibus manantes aquas gratiarum, & spiritualium consolationum hauriunt omnes, qui ad illa spiritu accedunt.

## PUNCTVM III.

**A**CCEDIT vltima causa, vt in nouissimo die iudicij, confunderet damnatos, ostendens illis vulnera, quæ pro ipsis accepit, testes desiderij sui, quo illos cupiebat saluare, nisi ipsi culpâ suâ, impedimentum posuissent; quibus (vt ait Sanctus Augustinus) talia diceret: Ecce hominem, quem crucifixistis; aspiciite vulnera, quæ illi inflixistis; agnoscite latus, quod lancea aperuistis: quod quidem propterea fuit apertum, vt vos intrare possentis; quod tamen facere noluistis. Tunc erit terribilis ille planctus, mors, & luctus, & fames, quæ aduersus hos miseros sunt prædicta, cum videbunt se neglexisse opportunam suæ salutis occasionem; & iustissimam causam, quam Christus Dominus, ad eos condemnandos, habebit.

CONTRA verò aspectu eorundem vulnerrum, suos electos lætificabit, nõ solùm illo die, sed per totam æternitatem, cernentes in eis perspiciuè tot motiua amoris erga eum, qui talia pro ipsis perpeffus fuit. O Salua-



cor amantissime, per eadem te vulnera, sup-  
plex oro, vt effectus illos sine me perficias, ob  
quos ea, in glorioso tuo corpore seruasti, ad-  
mittens me ad ea, volantem alis columbæ  
vt in eis, tanquam in nido & requiei loco per-  
maneam, neque enim aliam in hac vita re-  
quiem desidero, quàm semper cogitare ea  
plurima, quæ pro me fecisti, & es perpeffus;  
& propter ea te amare, tibi que perseveran-  
ter obedire, donec ad te fruendum in æterna  
gloria perueniam. Amen.

## MEDITATIO. XII.

QVOD CHRISTVS APPA-  
ruerit septem discipulis, dum Pesca-  
rentur ad mare Tiberiadis.

## PUNCTVM I.

a Ioan: 21. 2.

**R**RANT simul Simon Petrus, &  
Thomas qui dicitur Didymus,  
& Nathael, qui erat à Cana  
Galilæe, & filij Zebedai, &  
alij ex discipulis eius duo. Dicit  
eis Simon Petrus: vado piscari. Dicunt ei: ve-  
nimus & nos tecum: & exierunt, & ascende-  
runt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.  
I PERPENDENDVM hic primum est, hos  
discipulos iuisse piscatū, partim ob pauper-  
tatem, vt aliquid haberent ad comedendum;  
partim vt otium fugerent; quia necdum tem-  
pus aduenerat, quo se occuparent in piscan-

dis



dis hominibus. Statim vero ac Petrus dixit: vado piscari, ceteri se in socios obtulerunt; hac ratione ostendentes concordiam & conformitatem voluntatum, quam habebant ad opera virtutis. Concipiam ergo hinc desiderium imitandi sanctos hos discipulos, in exercendis tribus his virtutibus, paupertate, charitate, & propensione ad laborem contra otiositatem.

II. DEINDE perpendendum, quod tota nocte piscem nullum ceperint, sicut alias quoque; Sancto Petro euenit, cum dixit Christo: *b per totam noctem laborantes, nihil cepimus*; ut hinc appareat, quam parum possit humana industria, si illa sola ad animas piscandas, & ex peccatis suis educendas, adhibeatur. Itaque Petr<sup>o</sup> & Paulus, & quicumque alius etiam eruditissimus & sanctissimus, & egregius concionator, frustra sit laboraturus, si proprijs tantum viribus innitatur; & nisi Deus ad piscaturam accedat. Idem enim Apostolus dixit, *c neq<sup>3</sup> qui plātat, esse aliquid, neq<sup>3</sup> qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Quare necesse est, operarios animarum, in humilitate omnino fundari, si cupiant suos labores fructum proferre, memores verbi Christi Domini, *d sine me nihil potestis facere*.

NEQUE mysterio vacat, quod in utroque hoc piscationis loco, dicatur quod fuerit *Nocte*: insinuatur enim miserrimus huius mundi status, ante aduentum Christi Domini, qui est verè Sol iustitiæ, cuius lumine piscatio suc-

b Luca 5. 5.

c 1. Corint.  
3. 7.

d Ioan: 15. 5.



cedit, cum sine illo nihil efficiat. Insinuatur nobis præterea, eum, qui laborat in nocte ignorantiae, & tenebrarum peccati lethalis, nihil proficere, nec eius opera meritum habere vitæ æternæ, propterea enim Regius Prophetæ dixit, *vanum est vobis ante lucem surgere*, antè scilicet, quàm lux diuinæ gratiæ accedat: omnis vester labor erit inanis: nam sine illa, non valebitis opera facere digna luce. Ex quo intelligam, quanta sit peccatoris miseria, qui etsi laboret, non proficiet tamen; defatigatur, ut aliquid piscetur, tota nocte infelicis sui status, nec fructum tamen aliquem colligit alicuius meriti ad vitam æternam. etsi enim fortunas acquirat, honores, & voluptates, cùm hæc sint nihil, labor in eis acquirendis censebitur inanis: siquidem acquisitus fructus, opportuno tempore, ipsum deficiet.

## III.

ULTIMO perpendendum, quid fecerint septem isti discipuli, videntes nullum se piscem capere. nam patienter laborem suum tolerant, meminerint procul dubio sui Magistri, quantumque eius absentia ipsis noceret; & fas est credere, collocutos ipsos tunc fuisse de eo, quod alias ipsis euenisset in eodem mari, præsentem ipso Christo; & suspirasse, dicentes: O Magister supreme, ubi nunc es? cur nos in hoc labore deseris? Cur non accedis, ut nostræ paupertati subuenias? Quid mirum, si pisces retia fugiant, si tu fugis piscatores? Veni, Domine, nobisque appropinqua; tecum enim veniet piscatio, quam optamus.

mus

e Psal. 126.  
2.



mus. Hæc verba aut similia sunt mihi spiritu  
dicenda; si quando videbo me sine fructu la-  
borare, & confidam, me exaudiendum, *f quia* *f Psal. 9.37.*  
*desiderium pauperum exaudiuit Dominus.*

## PVNCTVM II.

**M**ANE autē factō, stetit Iesus in littore: *a Ioan. 21.4.*  
non tamen agnouerunt discipuli, quia  
Iesus est. Dixit ergo eis Iesus: pueri nunquid pul-  
mentarium habetis? Responderunt ei: non Dicit  
eis: mittite in dexteram nauigij recte, & inue-  
nietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud  
trahere præ multitudine piscium.

PERPENDE primum Charitatem Do-  
mini nostri, qui adfuit, vt dilectos suos Apo-  
stolos consolaretur, licet non statim agnosci  
voluerit; sed sensim, vt aspectus ille & visita-  
tio utilior eis esset; ac propterea mansit in  
littore, nec voluit super aquas ambulare, aut  
nauem ascendere: vt significaret, statum vi-  
tæ, quem post Resurrectionem habebat, stabi-  
lem omnino esse, ac remotum ab omni insta-  
bilitate, & alteratione; eò quòd esset destina-  
tus, ad perpetuò viuendum in terra viuenti-  
um. Et quamuis non ignoraret, nihil illos pis-  
cium tora nocte cepisse, dissimulans, se id sci-  
re, interrogat eos; num aliquos pisces habeât,  
hac ratione volens eos inducere, ad propria  
necessitatē agnoscendā, & quā parū ipsi per  
se valerēt ad capiendos pisces, sine ipsius au-  
xilio, quod tamē cupiebat statim illis adferre.

I.

O liber-



b Ioan. 4. 7.

O liberalissime Iesu, quoties ad ianuas nostras accedis, aliquid petens, non tam ut illud recipias, quàm ut nobis dones, quod desideras? Petis enim à *b Samaritana*, ut tibi *det bibere*, cui tu desideras *aquam viuam* gratiæ tuæ *dare*. Petis ut Eleemosynā pauperi faciamus, quia desideras copiosam Eleemosynam illi dare, qui pauperi aliquid dederit. Vtinam darem tibi, quod tua inspiratione à me petis, ut tu mihi dares, quod ea inspiratione mihi dare desideras.

Discipulorū  
obedientiac Prover. 21.  
28.

d Luca. 5. 5.

II. DEINDE perpendā, quòd iusserit, illos *mittere ad dexteram nauigij rete*, ut significaret eam piscationē, prosperum exitum habituram, eò quòd figura esset piscationis animarum, quæ ex huius mūdi pelago, exituræ, sunt ad æternam beatitatē, in virtute ipsius Christi, qui est dextera ipsius Dei Patris. Obedientes autem discipuli huic Christi mandato, miserunt rete, & iam non valebant illud trahere *præ multitudine piscium*, ut hinc appareat, quanta sit efficacia obedientiæ; & quàm verè dixerit sapiens, *c vir obediens loquetur victoriam*, tum plurimas animas Deo lucratur. Consideratione autem dignum est, quòd in altera piscatione, sciuerit Petrus Christum esse, qui iubebat laxare retia; ipse verò obediens dixit, *d in verbo tuo laxabo rete*; nunc autem non nouit, Christum esse, qui moneret ad dextram nauigij mittere retia; & nihilominus iudiciū suum subiiciens, & dicto obediens, plurimam traxit piscationem: delectatur enim Christus

pluri-



plurimū, vt e obediamus omni humana creatu  
*ra, propter ipsum, & exuamus proprium iudi-*  
 cium, & voluntatem, vt aliorum voluntati  
 pareamus in omnibus rebus, vbi peccatum nō  
 apparet: & ita eueniet interdum, vt reuerā sit  
 Christus vbi eum esse non cogitamus; ideoq;  
 obedientes homini, re ipsa obediamus Chri-  
 sto, per os eius loquenti, qui securos nos facit,  
 si miserimus rete ad designatum locum, fore,  
 vt pisces *inueniamus*. Quare virtus hęc obe-  
 dientiæ, debet mihi esse familiaris, si volo  
 prosperos habere exitus; sicut Sanctus Petrus;  
 qui propterea Simon est appellatus, quod in-  
 terpretatur obediens.

## PUNCTVM III.

**D**IXIT *discipulus ille, quem diligebat* a Ioan. 21. 7  
*Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus*  
*cū audisset, quia Dominus est, tunica succinxit*  
*se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij au-*  
*tem discipuli nauigio venerunt, trahentes rete*  
*piscium. Dixit eis Iesus: afferte de piscibus, quos*  
*prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, &*  
*traxit rete in terrā plenum magnis piscibus cen-*  
*tum quinquaginta tribus, & cum tanti essent,*  
*non est scissum rete.*

**L. PERPENDENDVM** hęc sunt; Primūm  
 in his duobus discipulis Petro & Ioanne, effe-  
 ctus feruentis amoris, tam in vita contempla-  
 tiua, quā in actiua; amor contemplatiuum  
 exacuit internum animæ visum; vt, sicut hic  
 Ioannes, Christum agnoscant, quem alij non  
 agnoscunt; quibus tamen ipsi illum manife-  
 stent;



stent; amor verò in feruentibus circa res vitæ actiuæ, statim atque Christum nouerunt, se in medium inferunt, vt sequantur. Et, sicut Sanctus Petrus hîc, statim atque audiuit à Ioanne, *quia Dominus est*, relicto reti, piscibus, & nauigio: veste verò induta, ob decentiam, statim se proiecit in mare, vt eò citiùs ad magis trum suum perueniret, tardum nimis existimans nauigij motum, vt illum expectaret: sic inquam, ego contendam, feruenter Christum sequi, & optare citiùs peruenire ad terram æternitatis, in qua ipse est; abijciens, in hunc finè, quidquid habeo; & proijciens me ipsũ ad quosuis labores, & pericula turbati maris huius mundi; tardum nimis iudicans eorum gressum, qui vitam sequuntur communem: vt propterea studere debeam, multò magis gressum meum accelerare.

## II.

b *Luca 5.7.*

PERPENDENDA deinde est mystica excellentia huius piscationis collatæ cum altera, quam idem b *Petrus fecit in prima sua ad Christum sequendum uocatione*. Nam illa referebat piscationem animarum, quæ ingrediebantur Ecclesiam, vt credentes in Christum, legem eius amplecterentur: ideoque non fuit iussus Petrus laxare retia ad dexteram nauigij, sed ad omnes partes, ad dexteram & ad sinistram; vt colligentes bonos & malos pisces, magnos & paruos, quibus duæ naues implerentur, quæ duos populos, He-

bræum



brum & Gentilem sub vno capite Christo,  
 & eius vicario Petro significabant. Rete  
 quoque ipsum, quo pisces capti fuerant,  
 rumpebatur; quia Ecclesia & Euangelij Chri-  
 sti prædicatio, fracturam aliquam & schisma  
 aliquando patitur in hac vita: piscatio verò  
 hodierna fuit tantum electorum ad vitam  
 æternam; & idè iubetur fieri ad dexteram  
 tantum nauigij manum. Electi enim futuri  
 sunt ad manum dexteram Iudicis. Omnes au-  
 tem hi pisces sunt magni, Sanctitate scilicet  
 & puritate vitæ: quia in cœlo nullus est par-  
 uus. Rete ipsum trahitur in terram, vbi  
 Christus est, quæ est terra viuorũ; & non rum-  
 pitur, quia tunc dissensio nulla, aut nullum  
 schisma erit, nec aliquid, quod perturbare  
 illos possit, quia iam *c. Angeli separauerint*  
*malos, de medio iustorum*, vt Christus dixit in *c. Mat. 13.*  
 parabola *sagena missa in mare.* O foelices *49.*  
 pisces, qui hoc reti capiuntur, vt in æterna  
 vita collocentur. Foelices aquæ viuæ, in qui-  
 bustales pisces nutriti sunt & sustentati, qui  
 perfecta salute & vita fruuntur, quam Chri-  
 stus illis comparauit. O Propheta Sancte  
 Ezechiel, optimè est impleta Prophetia tua,  
 vbi piscatores Iesu, tantam grandium pis-  
 cium multitudinem ceperunt in istis *d. Ezechi.*  
*47. 1.* aquis, *qua descendunt in latus templi cœlestis dextrum*  
 Concedemihi, O Dulcissime Redemptor, ita  
 viuere in viuis gratiæ tuæ aquis, vt ex eis ad  
 æternam vitam deducar. Amen.



c. Ioan. 21  
10.

III. e DISCIPVLI, vt in terram descende-  
runt, viderunt prunas positas, & piscē super posi-  
tum, & panem: dicit eis Iesus, venite, prandete,  
& accipiens panem dabat eis, & piscē similiter.

Resplendet hic quàm maximè studium &  
liberalitas Redemptoris in suos discipulos,  
quibus prandium præparauit, & ad comedē-  
dum inuitauit, panem manu sua miraculose  
confectum, & pisces alios, quàm quos ipsi ce-  
pissent; ad significandum primùm, quàm sit  
illi curæ, spirituales refectioem illis præ-  
bere, qui ob amorem & obedientiam ipsius  
laborant: præbet enim illis cibum Angelorū,  
& panem cælestem, quo confortentur: pruna  
hac ratione conijciens in corda illorum, qui-  
bus toti accendantur amore illius. Ad signifi-  
candum item, quòd, dum nos in terra labora-  
mus, ipse nobis præparet dulcissimum in cæ-  
lo conuiuium, ad quod ipsemet inuitabit, &  
ministrabit ad mensam, porrigēs nobis in ci-  
bum sacratissimam suam diuinitatem & hu-  
manitatem. *Of Beati illi, qui manducabunt  
hunc panem in regno Dei: & felices illi, qui e-  
dent & bibent super mensam ipsius Christi in re-  
gno eius.* O si ego vnus essem ex istis septē di-  
scipulis, plenus septem Spiritus Sancti donis,  
quibus exornatus, dignè possem huic conuiuium  
interesse, Accipe, O bone Iesu, hæc mea vota

& gratia tua illa corrobora, vt eo-  
rum compos euadam, ad  
gloriam tuam.

Amen.

f. Luca. 14.  
15.  
g c. 22. 30

MEDI



## MEDITATIO XIII.

QVOD CHRISTVS DO-  
minus noster in hac apparitione  
constituerit Sanctum Petrum vni-  
uersalem suæ Ecclesiæ Pastorem,  
ac eidem dederit admiranda  
perfectionis docu-  
menta.

## PUNCTVM I.

**A** V M ergo prandissent, dicit Si-  
moni Petro Iesus: Simō Ioānis,  
diligis me plus his? Dicit ei: E-  
tiam Domine, tu scis, quia a-  
mo te. Dicit ei: Pasce agnos  
meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me?  
Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Di-  
cit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio Simō Io-  
annis, amas me? Contristatus est Petrus, quia di-  
xit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine, tu  
omnia nosti, tu scis; quia amo te. Dixit ei: Pasce  
oues meas.

a Ioan. 21.  
15.

I.

PARPENDENDVM hic primū, quod  
cum Christus Dominus noster, Sancto Petro  
promisisset *b* *claves regni caelorum*, in præmi-  
um illustri illius confessionis, quam fecit de  
ipso Divinitate; nunc volens ei ipsas *claves*  
tradere, simul cum primatu super totam Ec-  
clesiam, prius illum examinavit de *charitate*,  
interrogans illum, num plus ipsum diligeret,  
quàm reliqui; vt hinc intelligamus, debere  
prælatos esse excellentes in fide; & omnibus

b Matt. 16.  
19.

I

emine-



eminere in charitate. Appellauit autem illum nomine Simonis, quod significat obediētem, & filij Ioannis, quod significat gratiam; aut Ionæ, quod significat columbam; nobis insinuans FIDEI & CHARITATI, OBEDIENTIAM quoque esse iungendā, & gratiæ ac Spiritus Sancti plenitudinem.

## II.

DEINDE ter de AMORE & CHARITATE illum examinauit; vt hoc triplici responso, recompensaret triplicem negationem, quam in nocte eius passionis fecerat; & vt illæ negationes, ortæ fuerunt ex SUPERBIA & PRÆSUMPTIONE, quibus se condiscipulis præferabat; sic tres istæ responsiones de amore, coniunctam habuerunt HUMILITATEM. Etsi enim à Christo interrogaretur, num, ipsum plus amaret, quàm cæteris, non est ausus tamen dicere se plus amare quàm cæteri; sed solum dixit; tu scis, quia amo te: & adhuc timens, hoc ipsum dicebat, non fidens scientiæ suæ, sed ad ipsius Christi scientiam se referens, dicebat; tu scis, quia amo te: imò in tertia respōsione cōtristatus est ex HUMILITATE, timens ne Christus Dominus, aliquid in ipso videret, contra id, quod ipse de seipso sentiebat: ideoque dixit illi, Domine tu omnia nosti, & scis, num verum sit, quod dico. Ex quo intelligam quàm sit grata Domino nostro HUMILITAS, & vt non de nobis præsumamus: & quam etiam sit securum, sibi ipsi timere, reuocando in memoriam, quod

c *Corint. 4.*  
4.

Apostolus dixit, *c nihil mihi conscius sum, sed*

*non*



*non in hoc iustificatus sum: quia qui iudicat me Dominus est, & fieri potest, ut aliquid ille culpæ in me inueniat, quam ego non deprehendo.*

EXAMINAVIT etiã ter circa AMOREM, ut significaret, futurum, ouium ipsius, Pastorem, debere esse valde in CHARITATE radicatum, & in tribus eius gradibus: debet enim Perfectus esse, in via Purgatiua Tyronũ, & in Illuminatiua, Proficientiũ; & in via Vnitiua eorum, qui ad perfectionem peruenerunt. Debet esse excellens in puritate, & mundicie cordis, exutus omnibus culpis & imperfectionibus, & in exercitio virtutum, & in vni-tione amoris cum tribus Diuinis personis, perfectus denique esse debet in CHARITATE erga Deum, erga proximos, & erga se ipsum. O Dilecte animæ meæ, concede mihi, ut profundas in HUMILITATE & CHARITATE iaceam radices, ita ut finem consequar præceptorum tuorum, d qui est *charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, cum perseuerantia fidelitatis in vero amore, usque ad mortem.*

QUARTO perpendam, quod cum Christus Dominus noster, ad duo Petri responsa dixisset, *Pasce agnos meos*, ad tertium dixerit, *pasces oues meas*: ut significaret, se illum facere vniuersalem sui gregis pastorem, non solum communiam fidelium, qui per agnos significantur, sed eorum etiam, qui velut Matres sunt Spirituales

I 2 aliorum

III.

S. Tho. 22  
q. 24. art. 9.

d I. Tim. 1.  
5.

IV.



e 1. Petri 5.

4.

aliorum, qui per oves significantur, quales sunt Confessarij, Concionatores, Magistri, & ceteri inferiores Ecclesie Prælati, ut tota Ecclesia sit vnum ouile, & vnus pastor. Sed non dixit illi: pascue agnos tuos, aut oves tuas; sed agnos meos, & oves meas; ut intelligeret, se non esse Dominum gregis, sed vicarium ipsius Christi; ac propterea debere se tantam curam fidelium habere, atque gregis ipsius Christi, qui est *e princeps pastorum* cui esset rationem redditurus, atque ita ipse Sanctus Petrus Christi mentem intellexit, & postea scriptam reliquit.

RESPLENDET in hoc valde CHARITAS ipsius Saluatoris erga nos; siquidem in signum amoris nostri erga ipsum, & ut innumeris eius in nos collatis beneficijs respondeamus, petit à sancto Petro, ut in testimonium amoris, quem erga ipsum habet, diligat & ipse eius oves, curam illarum gerat, & eas pascat. O Pastor supreme, quam magnum erga tuas oves amorem habes, & quam vehementer desideras, ut earum pastores, serui tuæ easdem ament, & pascant amore tui. Cupio ego, Domine, amorem meum erga te in hoc ostendere, ut pascam oves quas mihi dedisti, & habeo intra me ipsum, quæ sunt animæ meæ facultates & sensus, eas gubernans, iuxta præscriptum diuinæ tuæ voluntatis; & eodem modo illas, quæ extra me sunt, quas tuæ curæ commiseris, eo nomine, pascam, quod sint tuæ; hoc ipsum enim quod tuæ sint, plus apud me valere debet, quam si essent meæ.

V. VL-



V. VLTIMO perpendam, ter Petro dixisse Christum, *pasce agnos meos, & oues meas* s. Bern. *serm. 2. de Resurrect.*  
 ut triplex pascus genus significaret, qui illis est dandus, pasce videlicet eas spiritu, pro eis orando; lingua, eas docendo; & opere, bonum illis exemplum præbendo. Pasce illas doctrinâ, sacramentis, & exemplis bonæ vitæ adiuuans eas omnibus operibus misericordiæ Spiritualibus, & corporalibus, pascendo non solum Spiritum, sed suis etiam temporibus corpus. Hoc totum imponit Christus Dñs noster pastoribus, horrendè minando per Ezechielem illis, qui non oues sed *femet- f Ezechiel. 24.*  
*ipso pascent*, quærentes in eo munere potius honorem proprium & emolumentum, quàm bonum animarum.

## PUNCTVM II.

STATIM subiúxit Christus: *a Amen amen* a Ioan. 21. 18.  
*Sdico tibi, cū esses iunior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: Cū autem senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quod tu non vis. Hoc autem dixit significans, qua morte clarificaturus esset Deum.*

I. PERPENDENDVM hîc primò, Christum Dominum nostrum, sub hac parabolâ, aperuisse Sancto Petro, certum signum veri ipsius erga se amoris, & recti vsus pastoralis officij, quod illi committebat, esse, mortem Crucis subire, sicut ipse Dominus subiuerat, b Ioan. 10. 11.  
 ad confirmandum, quod dixerat: b *Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis, & c. mat. cap. 15. 13*  
*ioiorem hac dilectione nemo habet, quâ ut animam*



*suam quis ponat pro amicis suis.* Quare ut Petrus intelligeret, ad quid se obrulerit, cum respondit Christo; tu seisc; quia amo te; & quid ipse Christus ei imposuerit, quando dixit, pasce oues meas, adiunxit hanc Parabolam, qua significaret ipsum, mortem crucis esse subiturum.

## II.

**P E R P E N D E N D V S** Deinde est Spiritus huius Parabolæ, in qua insinuat Christus Dominus duos modos laborum, & mortificationum. quædam enim accipit homo propria suâ electione, & voluntate, abnegando proprias suas appetitiones, & carnem suam, penitentibus, & asperitate castigando, & seipsum ad graues labores offerendo, in quibus homo seipsum eingat, ac stringit; & quâuis hac ratione repugnet naturalibus suis propensionibus, *ambulat nihilominus ubi vult.* quia enim nemo illum cogit, accipit huiusmodi labores quando, & quomodo vult, rationali sua voluntate ductus; imò interdum admiscet se aliquid de voluntate propria, quia solet etiam amor proprius ali esse Spiritus. Qui modus mortificationis, est proprius tyronum in virtute, sed feruentium, & constitutionis robustæ; ac propterea debent meritò tyrones ab eo incipere.

**A L I I S V N T** labores, qui ab alijs nobis eueniunt siue hominibus persequentibus, siue Dæmonibus tentantibus, & cruciantibus, siue ab ipso Deo, qui illos ita disponit, ad nostram mortificationem, quales sunt morbi, dolores, paupertas, infamia, falsa testimonia, & aliæ perfe-

cutiones

*S. Aug. in  
illud Psal.  
49. Inuo-  
ca me in die  
tribulati-  
onis.*

*Medita. 51.  
ad finem. in  
4 P.*



cutiones, quas patimur propter iustitiã, sicut  
perpessi sunt Martyres. In his laboribus ex-  
tendit homo manus suas, amplectendo illos,  
quia Deus ita vult, sed alius tamen est, qui eũ  
cingit, configit cruci, ac ducit quò ille homo  
non veller, secundum suam voluntatem na-  
turalem. Hoc tribulationum genus pertinet  
potius ad magis versatos & perfectos in vir-  
tute, & illas concedit Deus ijs, quos vult ha-  
bere valde perfectos, quia talis modus est  
purgatus à voluntate propria, & in eo non  
inuenitur nisi voluntas Dei, qui præcipuè nos  
tribulationibus stringit.

**O D V I C I S S I M E I E S V.** si tu es, qui hac  
ratione me cingis, siue statuens, siue permit-  
tens horum laborum, quos patior, angustias;  
cinge me pro tuo libitu manu tua, quæ etsi a-  
spira mihi videatur, non erit nisi lenissima:  
& quandoquidem cinxisti te, amplectès, quæ  
erant aspera; & manus tuas extendisti in cru-  
ce, ad quam te duris clavis cinxerunt, ducen-  
tes te, quo naturalis tua voluntas ire refugie-  
bat; non magnum erit, quòd ego seruus tuus  
me cingam, & cingar, ac deducar, quo caro  
mea, & voluntas propria ire non vellent. Hos  
duos mortificationis modos amplecti me  
par est, in omni genere rerum. *Primum*, vt i-  
psemet mortificationem quæram, iuxta illud  
Davidis, *d tribulationem & dolorem inueni,*  
*Deinde*, vt aliunde venientem amplectar, iux-  
ta illud eiusdem, *e tribulatio, & angustia in-*  
*uenerunt me.*

*Aug: ubi su-  
pra.*

*d Psal. 114.  
3.*

*e Psal. 118.*

143.



## III.

f Numer.  
23.10.

TERTIO perpendam illa Evangelistæ verba, qua morte Sanctus Petrus *clarificaturus esset Deum*. nam valde glorificatur Deus a nobis, cum eius causa libenter patimur. O me *foelicem*, si dignus essem, qui manus meas sicut Petrus extenderem, & ut alius me cingeret, quò Deum tali mortificationis genere glorificarem. O *Felix* etiam mortificationis propria, qua Diuina gloria augetur, & dilatatur, *fmoriatur anima mea morte iustorum*, & *fiant nouissima mea horum similia*; nec morti me contingat alio mortis genere, quam quo sit Deus magis *clarificandus*.

## PUNCTVM III.

a Ioan. 21.19

CUM hoc Petro dixisset Iesus, dixit ei *dem: sequere me*. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem, & dixit Iesu: *Domine hic autem quid?* Dicit ei Iesus: *sic eum volo manere donec uentiam, quid ad te, tu me sequere*.

## I.

PERPENDENDVM primò, Christum Dominum nostrum, cum surrexisset à loco capisse ambulare, & Petro dixisse: *sequere me*, ut hoc facto confirmaret, quod verbo illi dixerat; monēs scilicet illum, alio modo debere ipsum sequi, quàm reliqui discipuli non solum in vita Evangelica & perfecta quam omnes complexi sunt; sed in munere quoque supremi Pastoris, & in genere mortis, crucis uidelicet, sicut ipse in cruce fuerat mortuus. O *Dulcissime Magister, dic & ani-*

ma



maximè: *sequere me* in genere mortis crucis, ut moriens sicut tu in terra, perueniam postea ad regnandum tecum in cœlo.

DEINDE perpèdendū, etsi Christus Dominus nihil Ioanni dixerit, ipsum tamen cæpisse quoque Christum sequi: vis enim amoris, quem erga Christum habebat, ad id ipsum impellebat, nec patiebatur ab eius societate separari: sancta quoque inuidia, quòd videret Petrum sequentem, ipsum, ut etià sequeretur, urgebat. In quo proponitur nobis modus quidam VOCATIONIS ad Christum sequendum, nullis externis verbis ad id productis: qui modus, oritur partim ex amore, ac desiderio semper cum ipso Christo manendi; partim ex bono exemplo eorum, qui Christum sequuntur, præcipuè cum noti illi nobis sunt, & familiares, quorum conuersio & vitæ mutatio plurimùm iuuat ad nostram. Qui modus etiam placet ipsi Christo, sicut placuit quòd Ioannes hac occasione ipsum sequeretur. imò etiam ipsemet Dominus interne fortè illum vocauerit, traxeritque post se, dicens illi ad cor, *sequere me*, quamuis ore eum non vocauerit.

TERTIO est perpèdendum, quòd quamuis Petrus zelo amicitiae, quia diligebat Ioannem, cupiuerit scire, quid de eo esset futurum; & num morte crucis moriturus esset, nec ne, Christus nihilominus eum reprehendit; quia tale desiderium, nimià curiositatem admixtam habebat: quod enim volebat

I s scire,

II.

*Modus vocationis ad sequendum Christum*

III.



scire, tum ad ipsum non spectabat, tum soli Deo notum erat; nec ullus alius, nisi ipso reuelante, assequi poterat; ideoque dixit, *si sic eum volo manere donec veniam*, (ad finem videlicet mundi, quando veniam ad iudicandum) *quid ad te: tu me sequere*. Atque si illi distinctius diceret: nihil ad te pertinet ista cura, sed ad me, qui illum diligo, & providentiam habeo omnium, quæ ad illum spectant: tum est me sequi eo modo, quo tibi dixi. In quo tria nobis monita proponit: *Primum*, ne curiosè ijs rebus nos immisceamus, quæ ad nos non spectant, ne quidem humanæ familiaritatis, aut amicitiae causâ. *Secundum*, ut in huiusmodi casib. Diuinæ providentiæ cōmittamus, quæ cognatos, aut amicos nostros concernunt; confidētes, quòd Deus sit illorū rationem habiturus. Ut, alienis curis reiectis, ijs quæ ad nos spectant, attendamus, hoc est, ut Christum sequamur in eo vitæ genere, ad quod nos elegit, & vocavit: siquidem hæc sola cura sufficit pro toto homine, & ad eam rediguntur reliquæ: si enim curæ mihi sit Christum sequi: & ego illi ero curæ, donec me ad æternam in gloria sua requiem deducat.

Amen.





## MEDITATIO. XIII.

QVOD CHRISTVS AP-  
paruerit omnibus Discipulis in mō-  
te Galilææ, & quid eis manda-  
uerit, ac promiserit.

## PUNCTVM I.



VNDECIM a Discipuli abierūt in Galilæam, in montem, vbi consti-  
tuerat illis Iesus: & videntes eum  
adorauerunt, quidam autem du-  
bitauerunt.

a Matt. 28.  
16.

I.

PERPENDENDVM primò, quòd vnde-  
cim Apostoli, discedentes ex Ierusalem in  
Galilæam, ipsius Christi iussu, magno animi  
gaudio, iter illud conficiebant, spe diutius i-  
psum Christum Dominum videndi: cuius in-  
stinctu, referebant eius Resurrectionem di-  
scipulis per Galilæam dispersis, qui, (vt insi-  
nuat Apostolus) conuenerunt b plus quàm  
quingenti, & scenderunt constitutum sibi  
montem, qui creditur fuisse mons Thabor, b 1. Corint.  
15.6.  
vbi expectarunt Magistri sui v̄sitationem.  
In hoc proponitur nobis charitas & zelus  
Apostolorum, in conuocandis suis con-  
discipulis ad conspiciendum communem  
Magistrum; & feruor illius multitudinis  
quæ magna charitate montem illum conscen-  
dit, nos instruēs, quòd si velim⁹ videre Chri-  
stū cōtēplatione, & eius mysteria cęlesti lumi-

ne co-



ne cognoscere, conscendendus nobis sit mons vitæ perfectæ, & anhelandum ad culmen charitatis, & vnionem fraternam; quia hæc maximè disponunt ad eam consequendam.

II. DEINDE perpendam, quàm liberaliter Christus Dominus noster impleuerit, quod suis Apostolis promiserat, quod scilicet essent ipsum in monte Galilææ conspecturi: & fas est credere, eum aperuisse illis aliquam suæ gloriæ, & splendoris, sicut in eodem monte tribus discipulis, cum *transfiguratus est*, ostendit. O quam contenti, quàm iatiati omnes illi viri sancti remanserunt! & quàm libenter verba illa vsurpassent, quæ Sanctus Petrus dixerat in transfiguratione; *Domine bonum est nos hic esse, nisi tu aliud de nobis statueris*. Omnes Apostoli illum adorantes, Deum suum, & Dominum agnouerunt, & si qui dubitarunt fuerunt ex reliquis discipulis imperfectioribus; qui tamen, etsi initio dubitarunt, sua tamen præsentia Christus, & abstulit dubitationem, & lætitiã repleuit.

## PUNCTVM II.

**E**T accedens Iesus, locutus est eis dicens: *data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Euntes ergo in mundum vniuersum, docete omnes gentes, predicæte Euangelium omni Creaturæ.*

## I.

S. Hierony.  
in hunc locum.

PERPENDENDVM hîc est, quòd Christus Dominus noster, passionis, & mortis sue meritis obtinuerit, qua homo est, omnem potestatem in cælo, & in terra. Nam, etsi ea pote

Ita

c Matt: 17.  
2.

a Matt. 28.  
18.

b. Marci. 16.  
15.



stas ipsius esset, qua Deus est, multisque alijs  
 nominibus ei deberetur, ob vñionem hypo-  
 staticā, & quòd caput esset hominū & Ange-  
 lorū; voluit nihilominus hastā, vtdicitur, suā,  
 arcu & gladio illā obtinere; ideoque discipu-  
 lis nūc dicit; *data est mihi omnis potestas in cæ-  
 lo, & in terra.* POTESTAS in cælo, ei data  
 est, ad portas cæli referandas, & introducen-  
 dos in cælum homines, ad distribuendas illis  
 cælestes sedes, & imperandum Angelis pro-  
 hibitu suo, in bonum hominum Electorum.  
 POTESTAS in terra est ad remittenda pec-  
 cata, ad mutanda hominum corda, & distri-  
 buenda nobis omnia dona spiritualia; & v-  
 trumque horum impleuit, quā primū per-  
 uenit in cælum, iuxta illud Davidis; *c. Psal. 67.*  
*ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem,*  
*dedit dona hominibus.* Gaudeo, Saluator mi, de  
 Ephes: 4. 5.  
 suprema hac tua potestate; gratiasque ago æ-  
 terno Patri, quòd eam dederit tibi, qui tantā  
 iustitiā eā es promeritus. Exulta, anima mea,  
 quòd ad eò potentem habeas Redemptorem,  
 nec dubites, obsequium tuum ei præstare, qui  
 facere potest, quidquid libet in cælo, & in ter-  
 ra. O Saluator mi, *d. Psal: 72.*  
*te quid volui super terram?* Tu mihi satis es pro  
 250  
 rebus omnibus: in te enim qui omnia potes, o-  
 mnia etiam habeo.

DEINDE considerandum, Christum  
 Dominum nostrum, eadem potestate vtetem,  
 Apostolos suos per mundum vniuersum mi-  
 sisse, ad docendum omnes gentes, non solum

Iudæos,



Iudæos, sed etiam gentes, nec solum nobiles  
& potentes, sed quoscumque etiam vilissimos,  
*prædicantes Euangelium omni creaturæ*, mani-  
festantes illis omnes sanctæ fidei articulos,  
tum qui sunt, de Diuinitate, & Trinitate Dei,  
tum qui sunt de humanitate ipsius Christi. In  
quo apparet, e *Christum Seruatorem nostrum*  
(vt ait Apostolus) *velle omnes homines saluos*  
*fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

e 1. Timot. 2.  
4.

f. Matth. 5.  
45.

Nam vt bonitas *scælestis Patris* in hoc appa-  
ret, quod *solem suum*, hunc scilicet corpora-  
lem, *oriri facit super bonos, & malos, & pluit*  
*super iustos, & iniustos*; ita *charitas filij eius*,  
in hoc cernitur, quod sole *Euangelij sui* velit  
illuminare vniuersos mundi homines; & plu-  
uia suæ doctrinæ, rigare corda hominum vni-  
uersæ terræ, sine vilo discrimine horum, aut  
illorum; & sine acceptione personarum; eod-  
quod omnes sint ipsius creaturæ. O Pater a-  
mantissime: siquidem tua sum creatura, illu-  
mina hunc mundum abbreviatum, quem con-  
didisti, illuminans omnes meas potentias, &  
rigans eas rore supremæ doctrinæ tuæ, vt  
g. Ioan. 17. 3 *cognoscam te solum Deum verum, & quem mi-*  
*sisti in mundum, Filium tuum*, ita vt vitam me-  
am, re ipsa conformans tali haic cognitioni  
perueniam ad æternam.

a Matt. 28.  
19.

PUNCTVM III.

a **B**APTIZANTES eos in nomine Patris,  
& Filij, & Spiritus Sancti; docentes eos

(serua-



*seruare omnia, quaecumq, mandaui vobis.*

CONSIDERANDVM hic est, quod postquam Christus Dominus noster, Apostolis suis iussisset, docere omnes homines ea, quæ ad fidem pertinent, quasi eos Catechizantes, & sic ad Baptismum suscipiendum disponentes, alia duo etiam facienda mandauit. PRIMVM fuit, baptizare eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti: sic enim Circumcisionis rigorem, in baptismi lenitatem commuauit; sicut & ipsas leges, ad quas illa erant primus aditus. Per Circumcisionem enim ingressus fiebat ad legem antiquam, quæ lex erat timoris & seruorum; ideoque eos, qui ad eam veniebant, cauterizabat signo quodam externo, dolorem, & ignominiam inferente, & partem carnis cum sanguinis effusione abscindente. Baptismus autem ianua est & aditus ad legem nouam, quæ est lex gratiæ, & amoris, lex filiorum, scriptæ præcipuè in cordibus illorum, ideoque aquæ tantum leni ablutione signat, in signum internæ ablutionis animæ, cui imprimat caracterem, qui est signum Christianismi; & communicat illis gratiam & charitatem filiorum propriam. Hinc est, quod Baptismus conferatur expressis tribus personis sanctissimæ Trinitatis, quia omnes efficiunt admirandos effectus in ijs qui Baptizantur. Nam PATER, Baptizatum accipit in filium adoptiuum, & cæli hæredem; ideoque sub sua etiam protectione eum suscipit;

FILI-



FILIVS Dei, accipit illum in fratrem, & suæ hæreditatis socium, meritorum ac fructuum suæ passionis participem, in discipulum denique, & valde dilectum amicum; SPIRITVS SANCTVS animam illam accipit in spōsam suam, exornans illam, dotibus, & virtutibus supernaturalibus; iuxta illud Prophetæ:

b. Osee. 2. 19

*b sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in fide, & iustitia, & misericordia, & miserationibus.* Tota verò sanctissima Trinitas, accipit illam in templum & habitationem suam, & eo desiderio illam ingreditur, vt in æternū in illa maneat, sibiq; amoris vnitione cōiūgar, illi vnitioni simili, qua tres ipse Diuinę personæ, in sua Diuina essētia sunt

c. Isai. 62.  
2.

coniunctæ. Et hæc sunt c nomina gloriosa, quæ Isaias noua appellat, quæ os Domini nominat, & imponit Baptizato Christiano, qui est Christo vnitus, filius, amicus, socius, & discipulus eius; & cuius anima, spōsa est Dei huius infiniti. Laudent te Domine, omnes Angelorum Hierarchiæ, ob innumera beneficia hominibus collata per sanctissimū hoc Sacramentū. Quid tibi reddemus, pro ea suauitate, qua nobiscum agis, quā tu pretioso tuo sanguine comparasti? Corpus tuum horrendis vulneribus fuit verè cauterizatum, quod meam animam in Baptismo, excellentibus donis vngeres, & gratiæ tuæ veste indueres. Quid gratia dico tu ipse eius vestis efficeris, cum tuus Apostolus dicat, d quicumq; in Christo Baptizati estis, Christum induistis: Et, e quicumq; Baptizati estis

d Galat: 3.  
27.

e Rom. 6. 3.

missi



mus in Christo Iesu, in morte eius Baptizati sumus, & consepulti cum illo per Baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos renouati, glorioſæ eius Resurrectionis simus participes. Confirma in me Domine quod cæpisti, dignitatem illam renouans, quam dedisti mihi in Baptismo, vt ad plenam eiusdem in gloria fruitionem perueniam. Amen.

II

DEINDE iussit, vt Baptizatos docerent seruire omnia, quacunq; ipse illis mandauerat: atque si illis diceret: non debent contenti esse, si tantum Baptizentur; sed oportet illos viuere vitam dignam fide, & gratiâ, quam illis in Baptismo communico, seruantes non præcepta, & cæremonias, quas Moyses in lege sua scripta seruandas mandauit: quia illa omnia sunt iam abrogata, sed omnia, quacunq; ego vobis mandauit, cum legem Euangelicam promulgarem.

HOC itaque mandato Christus Dominus noster, abstulit à nostris ceruicibus graue iugum legis antiquæ; de quo Sanctus Petrus nomine omnium Apostolorum, dixit; *neq; Patres nostri, neq; nos portare potuimus; & eius loco, imposuit nobis suaue iugum, & onus leue legis Euangelicæ, quæ complectitur omnia eius præcepta, quorum nec vnicum quidem transgredi oporteat.* Gratias tibi, O Dulcissime Magister, quod grauissimum Moysis pondus, in g. *suauissimum Euangelij Iugum* g. Matt. ii. commutaueris, ad magnam animarum nostra- 30.

Actuum 15  
10.g. Matt. ii.  
30.

K

rum



h Matt. 5.  
19.

rum requiem. Aequum est Domine, ut ego impleam omnia praecepta tua, quae & pauca sunt, & iucunda, & à te proposita; cui ego ob multa, quae pro me fecisti, & perpeffus es, plurimum debeo. Cupio ea seruare, & alios ut seruent, docere; siquidem tu dixisti, *h qui ea fecerit, & docuerit sic homines, eum magnum futurum in regno caelorum;* adiua Domine duplici spiritu tuo, ut utrumque hoc, quod hic docuisti, exactè adimpleam.

PVNCTVM IV.

a Marci. 16. 2  
16.

**Q**ui crediderit & Baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.

I. HANC promissionem adiecit Christus Dominus noster, ut nos ad obseruationem eorum, quae ipse mandat, impellat; nec tamen promittit, aut minatur bona, aut mala corporalia, aut temporalia, sicut in lege veteri; sed bona, aut mala spiritualia, & aeterna: frui videlicet salute, quam ipse sua passione, & morte nobis comparauit; aut eam aeternam priuari: quasi diceret: qui crediderit & Baptizatus fuerit, & ea impleuerit, quae vobis mandavi, veniam suorum peccatorum obtinebit, & spirituales animae suae salutem, per gratiam meam; & tandem aeternam vitam consequetur: qui autem non crediderit, hoc totum amittet: idemque eueniet ei, *b qui confitetur se nosse Deum, & fidem habet; factis autem id negat, quia non ducit vitam iuxta ea, quae credit; nec*

b Tit. 1. 16.

re ipsa



re ipsa præstat, quod in Baptismo promissit. O Deus animæ meæ, aperi mihi thesauros innumerabiles, qui verbo illo *saluus erit*, continetur, ut eorum amor, instiget me ad omnia, quæ necessaria sunt, ut re ipsa saluer. Aperi mihi etiam abyssum miseriarum, quæ verbo illo *condemnabitur* continetur, ut horrendorum malorum timor me urgeat, cum coelestium bonorum amor me non excitaerit.

PERPENDAM deinde infinitam Christi Domini nostri charitatem, & liberalitatem, cum non dixit: qui non crediderit, nec Baptizatus fuerit, condemnabitur; sed tantum: qui non crediderit: ut nos doceret, quamuis qui Baptismum contemnit, aut notabiliter in eo suscipiendo negligens est, sit cõdemnandus (quia *c qui non renascitur ex aquâ, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei*) qui tamen desiderium habet illum suscipiendi, sed absque suâ culpâ tamen suscipere non potest, is non condemnabitur; modò viam habeat fidem, ac de suis peccatis dolorem. nam is iam spiritualiter est regeneratus, & incorporatus Christo, ob contritionem suam, & Baptismi suscipiendi votum. neque enim tam copiosam suam Redemptionem voluit Christus ita contrahere, & ingressum in coelum in eas angustias redigere; ut homo rationis ca-

IL

c Ioan. 3. 5.

S. Tho. 3. p. q. 68. a. 2.



## PUNCTVM V.

*a Marci. 16*  
17. **S**IGNA autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; manus super egros imponent, & benè habebunt.

## I.

HÆC promissio in triplici sensu expendi potest. Primus est iuxta ipsum textū, vt Christus eam potestatem fidelibus tribuerit, ad hæc prodigia patranda, quando ad fidei propagationem, & animarum conuersionem, ea patrare expediret: quæ potestas, re ipsa resplicuit plurimum in primitiua Ecclesia, & eandem concedet nunc ipse, quando ad ipsius gloriam opus erit: estque valde necessarium, vt hæc fides, & fiducia vigeat in nobis: siquidem infallibile est illud ipsius verbum: *b Matt. 17*  
19. *Lucæ 17. 6.*  
*Medit. 49*  
3 part. *men quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis.*

## II.

SECUNDVS sensus eiusdem Christi promissionis est, de POTESTATE, quam etiam nunc habent in Ecclesia Concionatores, Sacerdotes, & Confessarij, ad hæc mirabilia, in animabus fidelium spiritualiter perficienda. Nam (vt ait Sanctus Gregorius.) Dæmonia eijciunt, quando pænitentes absoluunt, & liberant à peccatis; linguis loquuntur nouis, quando spiritu Christi, & idiomate cælesti, verita-

*Homil. 29.*  
*in Euange-*  
*lia.*

tis do-



tis doctrinam prædicant; *serpentes tollunt*,  
 quando inimicitias, & rancores mutuos com-  
 ponunt, & Saranæ astutias dissolunt; *morti-*  
*ferum quid bibunt, sed non eis nocet*, cum ver-  
 santes inter malos, eorum nequitas audien-  
 tes, nihil tamen mali illis adhæret; *manus su-*  
*per agros imponunt, & benè habent*, cum suis  
 exhortationibus & exemplis, debiles, & lan-  
 guidos in virtute, ad meliora prouocant. O  
 animarum Saluator, mitte multos operarios  
 in hunc mundum, qui hæc admiranda faciant,  
 quò fides dilatetur, charitas viuificetur, &  
 gloria cælestis Patris tui in omnibus au-  
 geatur.

TERTIVS sensus est de potestate, quam  
 quilibet Christianus habet, ad hæc signa, in  
 virtute Christi in seipso edenda. nam (teste  
 Sancto Bernardo) *Dæmonia eijcimus à nobis*,  
 cum habemus cordis contritionem, & perfe-  
 ctum peccatorum nostrorum dolorem; *linguis*  
*novis* loquimur, cum recedunt vetera, & ser-  
 mones terreni Adami de ore nostro; quibus  
 declinamus in verba malitiæ, ad excusandas  
 excusationes in peccatis; loquimur vero cæ-  
 lestis & novi Adami linguâ, dū in gratiarum  
 actione, & laudibus Diuinis occupamur, eaq;  
 semper loquimur, quæ Deo placent; *serpentes*  
*tollimus à nobis*, cum ressecamus occasiones  
 relabendi in antiqua peccata, & remouemus  
 quicquid cordi nostro, venenum peccati ad-  
 ferre potest; *mortiferum autem quid bibimus*,

III.

Serm. de A-  
scens.



nec tamen nocet, cum suggestiones quidem & carnis stimulos sentimus, etiam inuiti, non tamen consensum illis præbemus; *super aegrotos manus imponimus & bene habemus*; cum animæ nostræ morbos curamus, eiusque passionibus, exercitatione bonorum operum, penitentibus, & mortificationibus vincimus. Hæc signa sunt eorum, qui credunt ut oportet: quæ tamen non proprio nomine, & virtute præstare possunt, sed nomine & virtute Dei. O Christe potentissime & fidelissime, in te credo & spero, quare tuo nomine hæc mirabilia incipere statuo, confidens tuæ misericordiæ, quod iuxta tua promissa, sis me adiuturus ad executionem,

## MEDITATIO XV.

DE SECUNDA CHRISTI  
Promissione, manendi cum discipulis usque ad consummationem sæculi.

a Matt. 28  
20.

**P**OSTEA, quæ retulimus, adiecit Christus Dominus noster suis discipulis, *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi, quæ promissio omnium est placidissima, & affabilissima, quas fecit suis Apostolis: in cuius singulis ver-*

bi.



*bis, aliquid est valde considerandum, si perpēda-  
tur quis ille sit, qui eam facit promissionem; que  
illam causa, ad eam faciendam, permoueat;  
quæ ratione impleat quod promisit; quibus per-  
sonis, qua continuatione, & quantatemporis  
diuturnitate, hæc enim omnia verbis illis expri-  
muntur, quorum primum illud E C C B, inuitat  
nos, vt attentius omnia consideremus.*

PUNCTVM I

**C**ONSIDERANDAE ergo sunt primū  
causæ, quæ Christum permouerunt, ad  
dicendum suis discipulis, se cum illis mansu-  
rurū.

**P**RI MA causa fuit, vt illos cōsolaretur, tri-  
stes propter absentia, quā in cælū ascendēs fa-  
cere statuerat; imò etiā ob eam, quā faciebat,  
dum rarò, & non nisi aliquot diebus interie-  
ctis se illis ostendebat, intra quadraginta il-  
los dies, quibus in hoc mundo, post suam Re-  
surrectionem permansit: atque si diceret:  
quamuis ego in cœlum ascendam, & quam-  
uis etiam nunc rarò vos visitem; scitote ta-  
men, certūque habetote, me vobis inuisibili-  
liter adesse, non vos derelinquam orphanos,  
absque Patre, & consolatore: nam, esto  
corporis oculis me non videatis, adeo  
tamen vobis sum præsens, atque si me cer-  
neretis.

I.



II. SECUNDA causa fuit, vt illos animaret, ad expeditionem, quam illis committebat, mittens illos in mundum vniuersum prædicare, Baptizare, & prodigia admirabilia edere; certos, ac securos eos faciens, semper secum illis futurum, & adiuturum: atque si illis diceret: nolite animum abijcere, eò quòd ad tantam expeditionem, impares vos, debilesque putetis; nam ego ipse semper sum vobiscum, vestram imbecillitatem corroborans; & ego sum, qui ea opera sum factururus in vobis, & vos comitaturus, quocunq; iueritis, nec vnquam à vestro latere discessurus.

III. TERTIA causa fuit, vt eos in executione omnium, quæ illis imponebat, redderet attentiores & exactiores: nam scientes, ipsum sibi esse præsentem, & aspicientem, quomodo in suo munere se gererent, hæc inquam cogitatio, & memoria, magis sollicitos, ac diligentes eos redderet, vt ea non solum absq; defectibus, & imperfectionibus, sed etiam cum omni perfectione, quam possent adhibere, præstarent; tanquam qui in conspectu eos aspicientis Magistri, ac Domini sui, cui placere contenderent, versarentur.

HAS tres causas & rationes, mihi ipsi applicabo, cogitans, (sicut re ipsa ita est) Christum Dominum propter illas mihi dicere: *Ecce ego tecum sum*, tibi præsens, tanquam consolator & auxiliator; tanquam testis eorum, quæ facis: quapropter nunquam me obliuiscitor, sed recordator, me tecum sem-



per esse in tuis ærumnis, vt te consolet; in tuis officijs & ministerijs, vt te adiuuem; & in omnibus tuis operibus, vt te iudicem, & præmium reddam. O Dulcissime Domine, si tu mecū es, quid mihi deesse potest! O Deus inuisibilis, concede mihi ita viuere, atque si te semper præsentem cernerē. Ne me derelinquas orphanū, qui Pater meus es; nec desolatum, qui meus es Paracletus; assiste semper mihi, siquidem nosti me sine te nihil, tecum autem omnia posse; & aduertente me, quod me aspicias, excitabitur torpor meus, hac tuâ præsentia.

PUNCTVM II.

DEINDE consideranda præstantia huius promissionis, quæ tribus illis verbis *ego vobiscum sum*, continetur.

PERPENDAM igitur Primò, quis ille est, qui dicit EGO. non enim dicit, sicut Moysi, *a ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via: & introducet te ad Amorrhæum & Hethæum &c.* sed EGO ipse (ait) vobiscum sum; & comitabor in vestra hac expeditione, & custodiam, & introducam in terram Gentium. EGO, Deus omnipotens, infinitus, & æternus, *b cuius voluntati non est qui possit resistere.* EGO vester Saluator, qui Dæmonem vici, infernum spoliaui, & regnum peccati, mortisq; Tyrannidē destruxi.

I.

*a Exod. 23  
20. & 32. 34*

*b Ester. 13. 9*



EGO, cui data est omnis potestas in caelo, & in terra, vos mitto in mundū, sicut misit me Pater assistēs vobis, sicut Pater ipse mihi assistit, EGO Magister vester, & protector vester, cuius potestatem, liberalitatem, & amorem experti estis, sumque ille idem, qui antea ego sum vobiscum, vester socius indiuiduus, licet inuisibilis, qui antea fuit corporalis, & visibilis.

II.

CUM AVTEM dicit, VOBISCUM SUM, omnes modos complectitur, quibus esse potest cum illis:

PRIMVS quidem communis est creaturis omnibus, quibus est praesentissimus, dans illis esse, vitam, & morum, quem habent.

SECUNDVS est communis omnibus iustis; in quibus est per suam gratiam, dans illis vitam supernaturalem, & virtutes. TERTIVS est specialis valde electorum, cum quibus particulari providentia manens, curam illorum gerit, res magnas, & admirandas per eos faciens. QUARTVS est per sanctissimum altaris Sacramentum, in quo verè & realiter est, & quā Deus, & quā homo, ut sit noster cibus, & nutrimentum spirituale. Omnibus his modis est Christus Dominus noster in sua Ecclesia: eius curam gerens, & gubernans sicut Rex in suo regno, gubernator in navibus, Pater familias in domo sua, & Magister in sua schola: & hoc rotū promittit Christus, cū dicit *ego vobiscum sum*, vobiscum scilicet, qui universa



uerſalem meam Eccleſiam repræſentatis; vobiscum, qui mei eſtis dilecti diſcipuli, & cum omnibus illis, qui vos imitabuntur, & ſequentur. Gracias tibi, dulciſſime Ieſu, pro liberali adedò, & magnificâ promiſſione, quam tuæ facis Eccleſiæ, tuæque ſcholæ diſcipulis. Felices illi, quibus iucundis adedò modis tuæ præſentię ades. Utinam ſemper hoc modo eſſes mecum, que & ego eſſem tecum, tibi ſeruiens, teque amans in æternum. Amen.

PUNCTVM III.

**P**ERPENDINGA Tertiò eſt continuatio & duratio huius præſentię, quæ verbis illis, *omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*, declaratur. Chriſtus itaque Dominus noſter, eſt nobiſcum, non ita interpolatis diebus, vno ſcilicet die veniens, altero non veniens; ſed *omnibus diebus*, omnibus horis, & momentis diei, nec limitato tempore mille, aut duorum millium annorum, ſed vſque ad finem ſæculi: quo verbo etiam nos reddit ſecuros, quòd eius Eccleſia, ſit ad finem vſque mundi duratura, & porrò etiã eius Leges, Sacramenta, & Sacrificia; ideoq; & hodie nobiſcum eſſe, & craſtino etiam futurũ, vſq; ad diẽ nouiſſimũ; & hoc ſæculo finito, etiam erit cũ ſuis excellentiori modo, qui per totam durabit æternitatem. Pro his omnibus gratias huic Domino agam, ſupplexque orabo, vt me

par-



S. Aug. in  
Manu. c. 29  
S. Bern. de  
interio. do-  
mo c. 9.

participem faciant huius gratiæ, manendi  
mecum omni tempore, & omni loco, nec vel  
ad momentum, se à me separandi, vsque ad fi-  
nem vitæ; statuam verò nec recedere ab ipso,  
nec eius obliuisci, quantum mihi possibile  
fuerit, memor illius, quòd Sanctus Augu-  
stinus dixit: *sicut nullum est momentum, quo homo  
non fruatur, vel ut atur pietate Diuina, sic nul-  
lum debet esse momentum, quo eum præsentem  
non habeat in memoria.* Aequum est, Deus  
meus, ut siquidem tu semper es mecum, ha-  
besque me præsentem coram te; ego etiã  
sim tecum, habeamque præsentem, & coram  
me: sed quoniam hoc excedit meam imbecil-  
litatem, concede mihi gratia tua quod deside-  
ro, qua etiã facile mihi reddetur, quod sine  
illa facere nequeo.

MEDITATIO XVI.

DE VARIIS APPARITIONIBUS  
nibus à Christo Domino suis disci-  
pulis intra quadraginta illos dies  
ante Ascensionem factis, ac de mo-  
do, & ratione, qua Spiritualiter  
animas visitat, quæ ratio his  
Apparitionibus desi-  
gnatur.

a Actuum  
1. 3.

PRÆTER APPARITIONES prædictas  
certū est plures alias fuisse, ut colligitur ex  
ijs, quæ Sanctus Lucas refert, cum dicit: quod suis  
discipu-



*discipulis præbuit se ipsum viuū, post passionē suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. In quibus verbis sunt aliqua notanda, quæ ad has apparitiones pertinent, & simul perpendendus Spiritus, qui in eis continetur, quatenus apparitiones ista referunt Spirituales visitationes, quibus Christus Dominus noster animas visitat inuisibiliter.*

*S. Thom. 3.  
par. 9. q. 8. a.  
5. & 6.*

## PUNCTVM I.

**P**RI MV M considerandum, quòd quamuis Christus Dominus noster, toto illo spatio quadraginta dierum, erat inuisibiliter continuè cum suis discipulis, vt prædictum est; interdum tamen ad eorum consolationem maiorem; præbebat se illis Spectabilem, resuscitatum, & glorificatum; varijs, & efficacibus rationibus, ac medijs, ostendens illis, se eundem ipsum esse, qui fuerat mortuus: nunc vulnera sua tangenda præbens, nunc cum eis manducans, nunc aliqua prodigia faciens, quale erat, clausis ianuis ad eos intrare, plurimos magnosque pisces ex tempore ad verbum ipsius, retibus capi, & alias deniq; adferens illis rationes, & testimonia Diuinarum scripturarum, quæ ea de re loquuntur; & hac ratione fouebat illos, & consolabatur, quoties se videndum præbebat.

Hoc ipsum facit Christus Dominus noster, erga animas suorum electorum, cum quibus modo prædicto, manet inuisibiliter toto tem-

pore



*Libro de cō-  
sensu E-  
uang. ca. 4.  
S. Tho. 3. p.  
q. 55. a. 3.*

pore vitæ illorum, quod (sancto Augustino teste) his quadraginta diebus designatur: Interdum tamen eisdem apparet, hoc est interne illas visitans, blandè consolatur, dans aliqua signa, & testimonia præsentia suæ, singularibus, & iucundioribus inspirationibus, & affectibus amoris, etiam cum sensibilis deuotionis suauitate, quæ refectio est spiritus: admirandis etiam mutationibus, quas efficit in ipso corde; illustratione, & intelligentia veritatum scripturæ sacræ, quas illis communicat: his argumentis præbens seipsum illis viuum, quæ tunc aduertunt, eum, quem intra se habent, verè esse DEVM viuum, & tanquam viuentem talia in ipsis operari. Quando etiam ad sacram communionem accedunt, eodem modo se illis præbet viuum, dans illis certa indicia, quod acceperint *panem viuum, qui de celo descendit.* communicat enim illis lumen aliquod, amorem, aut desideria, & proposita nouæ vitæ, dolorem de peccatis, inflammatos deuotionis affectus, quibus agnoscunt, id, quod acceperunt non esse panem solum, aut rem aliquam mortuam, sed viuentem.

O Deus inuisibilis, præsentissime, & absentissime, qui te interdum ita abscondis, vt remotissimus esse videaris, interdum verò ita te prodis, vt te proximum, & præsentissimum esse animaduertamus, Veni, Domine, ad animam meam, tuaq; dulci præsentia visita; ostende te mihi tanquam Deum

viuum



viuum, & verum, talia in me opera faciens; vt testimonium mihi fiat, quis tu sis. O Dilecte cordis mei; concede mihi ita sumere te in Sanctissimo Sacramento, vt mox aduertam, a *Psal. 41. 3.* me panem viuum, & panem vitæ accepisse, a *sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum, ne quæso esurientem & sitientem derelinquas, ne siccam, & aridam, atque si rem mortuam accepisset. Hinc aliqua Documenta accipiam.*

**PRIMUM**, quòd, quamuis Deus, vbique sit præsens, etiam in me ipso; culpâ tamen meâ fiat, vt non se mihi præbeat viuum, nec eius præsentia effectus sentiam, nec magis eius meminerim, quàm si verè à me abesset, aut res aliqua esset mortua: quare merito conabor, culpas, & importunas curas, quæ tantum bonum mihi impediunt, deponere.

**SECUNDUM** est, quòd sæpius communicans, non sentiam me Deum viuum accepisse; potius ita maneo, atque si rem mortuam accepissem, quia exigua mea dispositio ad tantum Dominum suscipiendum, indignum me reddit, quem ipse Christus vt viuus consoletur, & signa edat vitæ suæ præsentia.

**TERTIUM** documentum est, quòd argumenta & signa, quæ profert Deus, ad suam præsentiam ostendendam, sint verè argumenta Dei veri, & viui; vt discernantur ab alijs, quæ solet ementiri spiritus malus, transfigu-

rans



ransse in Angelum lucis, & larua quadam  
 Dei viui seipsum velans; cum verè sit Deus  
 falsus, & fictus. Supplex ergo Deum ipsum o-  
 rabo, vt cum tantum beneficium in me con-  
 ferre dignabitur, me visitadi; id faciat signis,  
 & effectibus proprijs ipsius, liberans me a  
 fraudibus Satanæ & ijs, quas errans, & insa-  
 num proprium iudicium meum ordiri con-  
 suevit.

PUNCTVM II.

DEI NUNDE CONSIDERANDVM, Chri-  
 stum Dominum nostrum, in hisce apparitio-  
 nibus, locutũ fuisse cum suis discipulis de re-  
 gno Dei; nunc reuocando illis in memoriam  
 aliqua, quæ ante suã mortẽ dixerat; nunc noua  
 mysteria & secreta aperiendo, ad Sacramenta  
 & sacrificia, rationeq; Diuini cultus spectata  
 quorum sunt multa ijs quæ nunc per tradi-  
 tionem in Ecclesia habentur; alias tanquam  
 Magister, Diuinas illis scripturas declarabat  
 lumẽ infundens, quo illas intelligerët. Denique  
 nunquã de rebus vanis, curiosis, aut ad res  
 non pertinentibus, loquebatur, sed tantum  
 de ijs, quæ ad regnum Dei spectabant, quod  
 est *iustitia, & pax, & gaudiũ in spiritu Sãcto,*  
 bonum Ecclesiæ In his sermonibus, aliquan-  
 do illos de incredulitate reprehendebat, al-  
 quando cor eorum amore suo fouebat, con-  
 fortabat, & inflammabat; semper tamen in  
 pace, & consolatione post sermonem illos  
 relinquebat; ita, vt nunquã defatigarentur il-  
 lum audientes.

a Rom. 14:  
 17.

Hoc



HOC IPSVM præstat Dominus noster, cum spiritualiter animas visitat; quibus, in his visitationibus, semper aliquid loquitur ad cor, iuxta illud Davidis, *b. audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Et illud Osee; *c. duram illam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Ista colloquia sunt per inspirationes, & illustrationes occultas; in quibus, nulla vana, aut curiosa, aut quæ ad rem non faciunt, suggerit. sed solum, quæ ad regnum Dei, ad iustitiam, ad sanctitatem, ad virtutum exercitationem, ad pacem conscientiæ cum Deo, ad purum gaudium in spiritu Sancto pertinent; repellendo interim gaudium omne sensuum, & mundi huius. Interdum reuocat illis in memoriã, quæ aliquando legerunt, vel audiuerunt; dans illis viuum, & perspicuum eorum sensum; interdum nouas illis aperiens veritates, nouos infundit affectus, quos nunquam habuerant: interdum illos, de eorum defectibus, & torpore reprehendit: interdum verò exhortatur, & ad perfectionem excitat. Ex his porrò sermonibus, etiam deprehenditur, Christum esse, qui loquatur; nam colloquia spiritû. Dæmonis, mundi, & carnis, valde his aduersantur: O amantissime Saluator, veni ad animam seruitui; eamque visitans, loquere ad eius cor pro more, de regno Dei, vt nouam quotidie æstimationem, & amorem huius regni concipiat, nec ab eo procurando desistat, donec in hac vita, cum perfectione, quæ hic esse potest,

b. Psal 84.9

c. Osee.2.14

L illud



illud obtineat; & in futura clarè videat, ac fruatur.

PVNCTVM III.

**C**ONSIDERANDAE tertiò sunt aliquæ harum Christi Domini visitationum proprietates, quæ in his, ad suos Apostolos apparitionibus, resplendent.

I.

PRIMA proprietates est, quod hæ apparitiones, non essent continuatæ, sed interruptæ & interdum: quamvis aliquibus essent frequentiores, ob illorum maiorem dispositionem, quàm alijs, qui non ita benè se disponebant; aut propter vehementiora illorum desideria, Christum videndi. Est verò fas credere eum, Beatissimæ virgini Matri suæ quotidie apparuisse, aut certe frequentissimè; Sancto etiam Petro frequentius, quàm alijs, ob maiorem ipsius feruorem, & amorem. Ita ergo visitationes, quas facit Christus spiritaliter pijs animabus, interruptæ sunt, & plerumque minus frequentes, pro libitu ipsius visitantis, ac, pro dignitate, & feruore animæ visitandæ. Quare mearum partium est, habere semper, sicut Apostoli, desiderium ardens videndi Christum, eiusque præsentiam interna visitatione fruendi, non ob meam consolationem; sed quòd præ amore eius cupiam semper cum illo esse, ob ingentia beneficia, quæ ex eo mihi proueniunt: possumque sicut sponsa, Angelis, & Beatorum animabus

dicer



dicere, *a* adiuro vos Filia Ierusalem si inuen- *a Cant. 5.8.*  
eritis dilectum meum, ut nuncietis ei, quia amore  
languo, desiderans dulcem ipsius præsentiam  
qua meam debilitatem confortem.

SECUNDA proprietates est, quod hæc visi- *II.*  
tationes, fiebant ex tempore, & cum ipsi Apo-  
stoli minimè cogitarent, durabant etiam bre-  
ui tempore; & interdum etiam ex tempore  
ab eis euanescebat. sicut contigit daobus il-  
lis discipulis in Emmaus, quos, vix degusta-  
to (ut dicitur) melle, reliquit. Ita quoque in-  
ternæ visitationes ex tempore solent euenire,  
& cum nos de eis minimè cogitamus; solent-  
que breui tempore perdurare, & ex tempore  
etiam euanescere; vult enim Christus Domi-  
nus noster, nos esse in continua huiusmodi  
mutatione, & ab eius misericordia depende- *b Ioan. 16*  
re: & ut ipse dixit, *b modicum ipsum videamus,*  
*Et iterum modicum, Et non videamus;* modi- *17.*  
cum læti simus eius præsentia; & iterum mo-  
dicum tristes ex eius absentia, reditus eius cu-  
pidi. Et ita ait Sanctus Bernardus: In hac vita  
aliquod posse esse gaudium, ex sponsi præseu- *Serm. 32.*  
tia; sed non tamen saturitas. nam etsi eius visi- *n. Cantic.*  
tatio nos exhilarat; grauis tamen nobis est i-  
psa mutatio: est enim *c rara hora,* cum ve-  
nit, *Et breuis eius mora.* Hoc enim d *silentium* *d Apoc. 3. 1.*  
*quod fit in celo animæ iustæ,* vix durat, quasi *S: Greg. l. 30*  
*media hora;* in quo tamen decet, nos Diuinæ *Moral. c. 12.*  
voluntati conformare, certoque credere,  
quidquid ipse faciat, ad nostrum maius com-  
modum dirigi.



III.

TERTIA proprietas est, quod sicut illæ apparitiones, non semper fuerunt eodem tempore, aut loco, aut eadem discipulorum occupatione, sed omnino diuersis: nam Magdalene apparuit in horto iuxta sepulchrum; duobus discipulis, euntibus in Emmaus, apparuit in via; undecim Apostolis in cœnaculo; septem Apostolis ad litus maris, & pluribus alijs in monte Galileæ: sic inquam, visitationes Spirituales, nec tēpus certū habent, nec locum, aut occupationem: nam interdū fiunt in ipsa oratione, in spirituali lectione, tempore refectōnis, aut in boni alicuius operis exercitatione: interdum in aliqua animi recollectione, & die festo; interdum in campis, & in die profesto. Vult enim ipse Dominus, vt in omni tempore, & loco, & occupatione, ita parati simus, vt visitationi eius & consolationi obicem non ponamus, sed ab eius Diuina prouidētia, semper dependentes simus: nam, vt ipse dixit, *spiritus ubi vult spirat*, visitans nos suis inspirationibus, vbi, & quando videtur illi magis opportunum.

e. Ioan: 3. 8.

IV.

QUARTA proprietas est, quod illas apparitiones præcedebant, interdum visitationes Angelorum, interdum verò Christus ipse in aliena figura apparebat, & se ipsum sensim manifestabat; aliàs verò ex tempore se totum ostendebat; iam ingenti splendore, sicuti Virgini Sanctissimæ; iam minori, iuxta illorum dispositionem, quibus se ostendebat. Similiter autem ratione, in spiritualibus visitationibus

anima



animarum, communicat Christus Dominus  
 noster lumen, & notitiam Diuinæ suæ præsen-  
 tiæ, cæterosque internos fauores, varijs mo-  
 dis, iuxta æternæ suæ sapientiæ præscriptum,  
 & animarū dispositionem, quas visitat. Quod  
 autem ex parte nostra procurare debemus, est  
 animus quidam generosus, & confidentiæ  
 plenus, quo & desideremus, & speremus ab  
 ipso Christo Dño nostro, non aliquid minus,  
 quàm ipsummet, petentes semper, quod me-  
 lius est, quodque magis illi placet; hæc enim  
 granditas fiduciæ, cordisque ingenuitas, teste *Serm: 32. in*  
 Sancto Bernardo, grandia quoque à Deo ob- *Canti.*  
 tinet. ad imitationem magni illius Moyfis, qui  
 Deo dixit: *f ostende te mihi ipsum; & audiuit f. Exodi. 33.*  
 Dei responsum: *ego ostendam tibi omne bonum 18.*  
 & sicut David, qui dicebat Deo: *g Tibi dixit g. Psa. 26. 8*  
*cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tu-*  
*am Domine requiram.* Qua animi resolutio-  
 ne, ad illud perfectionis culmen peruénit, vt  
 diceret, *h quid mihi est in celo, & à te quid vo-* *h. Psa. 87*  
*lui super terram!* *25*

Hos, & similes affectus, excitare me decet  
 in corde meo, ac dicere Christo Domino,  
 nunc cum sancto Philippo, *i Domine ostende i. Ioan. 4. 8.*  
*nobis Patrem, & sufficit nobis:* Nunc cum spon-  
 sa: *k indica mihi, quem diligit anima mea, vbi k. Cant. 7*  
*pascas, vbi cubes in meridie;* indica mihi cele-  
 sti tuo lumine locum; quo in meridie, feruen-  
 ti scilicet amore, somnum mortis dormiuiſti;  
 & vbi clara luce, instar meridiei, beatis ma-  
 nifestas tuam supremam gloriam: indica eti-



1 Prover. 4.  
18.

am mihi vias ipsius feruoris, l vt procedam & crescā in tuo seruitio, sine vlla mora, donec perueniam ad lucem perfecta diei. Amen.

MEDITATIO XVII.

DE APPARITIONE CHRISTI  
suis Apostolis facta in  
die Ascensionis.

PUNCTVM I.



QVAM adesset dies, quo statuerat Christus Dominus ad coelos ascendere, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, maiora in fine dedit eis amoris indicia, ideoque apparuit illis in cœnaculo recumbentibus; & humanissimè conuescens, significauit, se illa die ad Patrem ascensurū. estque fas credere, illum, ad eos consolandos, conceptam de hac ipsius absentia tristitiam, petiuisse rationes aliquas ex ijs, quas attulerat in sermone post cœnam:

I.  
a Ioan. 14  
2.

AC PRIMVM illud fortè dixerit, a vado parare vobis locum, & iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum; vt vbi sum ego, & vos sitis: Atque si illis dixisset; ego ascendo in cœlum, & eius portas reserem, Iustisq; pro eorum meritis aditum præbeam, vt fruantur mansionibus, ipsis in domo Patris mei destinatis.

gaude



gaudete: nam ego ipse reuertar ad vos, in hora mortis vestrae, & accipiam vos mecum, & in eo loco constituam; quem Pater vobis destinavit. O Dilecte mi, sit faelix ascensus iste tuus in caelum; siquidem tuum est, tibi que praecipue fuit conditum, sed ne quaso obliuiscaris redire, pro me, vt perueniam ego tandem ad locum, vbi tu es, adiuuante gratia tua, vt efficiar dignus, quem ad tuam admittas gloriam.

Mox alteram rationem subiecerit: *si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est*: quasi diceret, si mihi bene vultis, gaudere debetis de meo honore, mei que animi iucunditate, quia ascendo ad Patrem meum, qui est in caelis; est que maior me, quae ego sum homo; me que honorabit, & glorificabit, faciens me ad suam dexteram sedere, vbi quietissime regno illo fruar, quod mea passione expugnaui. Exulto animo, dulcis Iesu, quod ascendas ad tuum Patrem, quia te plus amo; quam me ipsum, tuum que honore plus quam meum ego desidero: & siquidem Pater tuus etiam est meus, magnam fiduciam habeo, quod me tandem ad fruendum ipsius praesentia deduces.

TERTIO addiderit quoque, *et expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos*: Atque si diceret, non solum mea refert, vt propter honorem meum ascendam in caelum, sed etiam vestra plurimum refert, quo fides

L 4 vestra

II.

b Ioan 14.  
28.

III.

c Ioan. 16.

7.



v<sup>est</sup>ra perficiatur, spes erigatur, ac purifice-  
 tur charitas; descendatque de cœlo Diuini  
 spiritus plenitudo. nisi autem ego ascendero,  
 non descendet Spiritus Sanctus ad vos, tum  
 quòd ita sit decretum, vt ego prius ascendam,  
 indeque illum ad vos mittam; tum quòd vos,  
 necdum satis parati sitis, ad illum accipien-  
 dum; vt qui modo quodam amoris carnalis,  
 corporali præsentiæ meæ adhærescatis. est  
 autem necesse eum amoris modum omnino  
 exuere, vt supremi illius doni capaces sitis.  
 Quamobrem, anima mea, diligenter attende,  
 Deum tuum spiritum esse, ac velle diligi a-  
 more adeo spirituali, vt nec odorem habeat  
 amoris alicuius proprii. Quòd si corporalem  
 Christi Præsentiã, amore minus puro, & a-  
 licuius proprii commodi intuitu amare, im-  
 pedimento est, quo minus Spiritus Sanctus ad-  
 ueniat; quanto magis impediet, si te ipsum, aut  
 aliam aliquam creaturam, inordinatè diligas.  
 O Dulcis Saluator, gubernã pro tuo libitu a-  
 nimam meam: quod si ad eius commodum  
 spirituale opus est, vt te illi, quòd ad sensibili-  
 lem consolationem subtrahas; fiat voluntas  
 tua: certus sum enim, tempore ete paracle-  
 tum spiritum daturum, in ea plenitudine, quæ  
 ei expedit, vt possit in tuo amore perdurare.

## PUNCTVM II.

POST QUAM Christus Dominus noster,

disci-



discipulos suos fuisset consolatus, adiecit: *a Luc. 24. 49.*  
*sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex*  
*alto:* quibus verbis, promittit illis aduentum  
 Spiritus Sancti, sed modo tamen quodam, my-  
 sterio pleno; vt singula verba perpendenti,  
 patebit.

PRIMUM ergo dicit illis; **SEDETE**, qui-  
 escite, videlicet; vt eos doceret, quietem cor-  
 poris, & Spiritus simul cum corde pacato,  
 magni esse momenti ad hoc cæleste donum  
 recipiendū: deinde, vt patiētia, in eo expectā-  
 do, illos admoneret: ne scilicet properarent  
 plus quàm par esset, in desiderio illud reci-  
 piendi, sed hanc curam Deo ipsi relinquerēt;  
 ac propterea noluit certum diem præscribe-  
 re, quo Spiritum Sanctum mittere cogitabat.  
 quò quotidie illum expectarent, quotidie pe-  
 terent, seque ad illum recipiendum, magis  
 præpararent: solum dixit: ipsos baptizandos  
 Spiritu sancto, *b nō post multos hos dies*, vt hæc  
 aliqua esset illis cōsolatio, quòd nō esset lon-  
 gior futura mora. Hinc discam, expectare in  
 quiete, & patiētia aduentum Diuini Spiritus,  
 in eā plenitudine, quam desidero, Diuinæ  
 providentiæ relinquens diem aduentus eius,  
 iuxta illud Isaia, *c qui crediderit, non festinet.*

**DIXIT** illis præterea, vt sederent **IN CI-  
 VITATE**, Ierusalem videlicet. Et quamuis  
 magis ad rem videretur, si exirent in deser-  
 tum, aut in separatum aliquem montem, vt  
 maiori quiete, Spiritus sancti aduentum ex-  
 pectarent; prætulit tamen ipse ciuitatem, &



d. *Isaia. 2. 3.*

locum frequētatum, quia Spiritus Sanctus non  
 ipsis solis mittebatur, sed ad omnium homi-  
 num commodum mittendus erat; ideoque  
 expediebat, potius in publico loco dari; vt  
 mox ad CHRISTI legem promulgan-  
 dam prodirent, iuxta illud Isaia dicentis: *d*  
*de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ieru-*  
*salem.*

et. *Tim. 2. 8*

PRAETEREA Christus Dominus noster,  
 praefert cordis solitudinem, solitudini cor-  
 poris: potest autem in medio populi strepitu,  
 cor esse quietum, & pacificum, aptumque ad  
 videndum, & recipiendum Deum: & forte  
 non absq; mysterio, ciuitas illa, etiamsi alio-  
 qui frequentissima, vocatur Ierusalem, quod  
 visionem pacis significat. O Princeps Pa-  
 cis; pacifica cor meum, quietumque reddes  
 spiritum meum, vt *e in omni loco, & tempore,*  
*orare possit, leuans puras manus in coe-*  
*lum; donumque expectans, quod mihi pro-*  
*misi.*

III.

TERTIO dixit eis: sedete in ciuitate, *do-*  
*nec induamini virtute ex alto, fortitudine vi-*  
*delicet Spiritus Sancti; insinuans, illos ex se*  
*ipsis nudos omnino esse, & inermes, debiles,*  
*pusillanimes, vacuosque spiritu, & facultate*  
*necessaria ad prodeundum in mundum, & E-*  
*uangelium praedicandum; quare sedere eos*  
*& quiescere oportere, donec Spiritus Sanctus*  
*superueniat, qui gratia sua illos induet, & do-*  
*nis suis armabit, & virtutibus coelestibus co-*  
*fortabit; virtutem, fortitudinem, & facultate-*  
*tem*



tem ad eam expeditionem necessariam tribuens. Quæ virtus ex alto veniet, quia ipsa est alta, & omnibus humanis viribus superior: & *f. Iacob. 3. 17*  
*quoniam f. omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à Patre Luminum, qui in altis habitat.*

DVO HINC documenta accipiam: PRIMVM, referre plurimum, si benè me in humilitate fundem, agnoscens nuditatem, & imbecillitatem meam; quia ex me ipso, nec vestes habeo, nec arma sufficientia, nec illa induere possum, nisi alius me sicut infantem aliquem induat: & ideo Christus Dominus noster non dixit, quiescite, donec vos ipsos induatis, sed: **DONEC INDVAMINI.**

SECVDVM documentum est. temerariam esse præsumptionem, ad grauiissimas huiusmodi expeditiones, prius aliquem prodire, quàm tantam habeat facultatem; & quàm induatur virtute ex alto. qui enim absque sufficientibus armis, ad pugnandum prodit contra fortes aduersarios, facile ab eis superabitur. O Pater luminum, à quo dona omnia cælestia proueniunt; ecce Pauper ego sum in tuo conspectu, & infans aded paruus, vt nec vestem habeam, nec induere me possim; nisi misericordia tua vtrumque præstet erga me. indue ergo me, **DOMINE**, virtute ex alto, qua possim aggredi expeditiones Diuini tui seruitij: nec permittas me absque tali virtute, temerè me  
 pro-



proijcere ad id, quod non possum præstare: si enim, absque alis volare præsumam, loco altioris loci, ad quem ascendere tento, superbia me præcipitabit in profundum.

ULTIMO perpendam, quod dum Christus Dominus, iussit suis discipulis, sedere & quiescere, donec induerentur virtute ex alto, simul monuit, ut quã primũ eã virtute induiti essent, statim ad suã expeditionem: prodirent. nam, ut vitium fuisset temeritatis; prius prodire, quàm illa virtute induerentur; ita pusillanimitatis, & socordia, nõ prodire, postquam eam accepissent: Apostolos autem statim prodijisse *Meditatione 25. apparebit.*

## PUNCTVM III.

*a Luc. 24. 50*

*b Act. 1. 12*

I.

**H**IS DICTIS, *Eduxit eos foras in Bethaniam, b in montem, qui dicitur Oliueti.*

CONSIDERANDVM primum, Christum Dominum nostrum, omnibus discipulis suis, qui in illo erãt cœnaculo, iussisse, ut statim se conferrent in Bethaniam, ad montem Oliueti: inde enim se in cœlum ascensurum. Non constat quidem, num ita ipsemet eos eduxerit, ut aliquo spatio illos comitaretur, ita ipsis conspicuus, ut reliqui per viam prætereuntes, eum non cernerent: an verò ibi statim euauerit, discipuli autẽ soli in Bethaniã se contulerint. Ut ut fuerit autem hoc, Apostoli paruerunt mox Christi Domini iussioni: estq; fas credere, illos, cũ ex cœnaculo exirẽt,

fuisse



fuisse memores alterius exitus ex eodem cænaculo, in hortum Gethsemani ( qui ad vnum latus montis Oliuarum situs erat ) magnâ tristitiâ, & anxietate trementes, ob timorem ærumnarum, quas præuidebant ex morte Dilecti sui Magistri, sibi euenturas: nunc autem exiuerunt etiam valde quidem anxij, partim ex tristitia, partim ex lætitia, ex gloriosa ipsius in cælum Ascensione, quæ imminebat; & hoc feruore accelerarint, sine dubio, suos gressus; quò citiùs ad locum destinatum peruenirent.

II.

DEINDE perpendendum, quòd Christus Dñs noster, eundem montem Oliueti elegerit, ex quo in cælum ascenderet, in quo maximâ agoniâ, & sanguinis sudore, Patrem suum orauerat, & in quo à suis Apostolis desertus, à Iuda fuit suis hostibus traditus, captus à Iudæis, funibus ligatus, & eorum pedibus conculcatus; ac deniq; ex quo exiuerat ad crucis ignominias subeundas, ex eodẽ in quâ loco ascendere vult, ad fruendum amplitudine suæ gloriæ: vt sic intelligeremus, eum per tales labores, cælum sibi comparasse, quod iam ascendebat possessurus; etsi patientiâ ego habuero, idem quod mihi erit humiliationis principium, & causa, futurum etiã causam meæ exaltationis, & à temporalibus istis ærumnis, me ad æternam quietem ascensurum. DESIGNAVIT quoque, ad suam Ascensionem, Bethaniam, quod interpretatur Domus obedientiæ; &

mon.



montem Oliuarum, qui significat culmen  
 misericordiae, & charitatis; vt ita signi-  
 ficaret, quaecunque fecit ab incarnatione  
 sua, vsque ad Ascensionem in caelum, ea se  
 fecisse, vt Patri suo obediret perfectissima  
 obedientia; in cuius obedientiae domo, ita  
 semper vixit, vt nunquam ab ea recesserit. Ea-  
 dem vero omnia, quae fecit, direxit ad supre-  
 mum finem charitatis & misericordiae, in bo-  
 num scilicet hominum, ob eorum amorem, &  
 vt illos ab omnibus miserijs liberaret. Simul  
 etiam nos docet, viam ascendendi in caelum  
 esse Bethaniam & montem Oliuarum, domum  
 scilicet obedientiae, & culmen charitatis &  
 misericordiae, vt *c. animas nostras* (iuxta sen-  
 tentiam Sancti Petri) *castificemus & pacifica-*  
*mus in obedientia charitatis.* O Vnigenite Pa-  
 tris Fili, qui per vias obedientiae, & charita-  
 tis, ascendisti, vt ad eius dexteram sederes  
 adiuua me, vt per totam vitam meam in do-  
 mo habitem obedientiae; nec in puncto a tua  
 voluntate recedam; sed contendam semper  
 ad altissimum charitatis, & misericordiae  
 culmen ascendere, donec ad regnum  
 tuum perueniam, vbi & vi-  
 deam te, & fruam in a-  
 ternum. A-  
 men.

c. i. Petri. 1.  
 22.





## MEDITATIO. XVIII.

DE ASCENSIONE DO-  
mini nostri.

## PUNCTVM I.



EXISTENTIBVS omnibus discipulis, & Sacratissima Virgine, in monte Oliuarum; apparuit illis Christus Dominus noster, vultu splendidiore, & beneuolentiore, quam alias: loco autem completum, quibus, qui se multum amant, se mutuo complectuntur, cum ab inuicem discedunt, permisit ipse, vt omnes oscularentur sacratissimos eius pedes & manus, ex quibus suauissimus odor fragrabit, quo illorum corda confortabantur. Accesserit proculdubio omnium prima sacratissima eius mater, quæ nomine & titulo Matris osculata vulnus lateris, cupiuerit etiam omnino intrare, vt simul cum Filio, si id concessum fuisset, in cælum ascenderet: sed quoniam resignatissimam habebat voluntatem in Diuinam, nihil aliud volebat, quam quod ipse Deus. Accesserit mox Sanctus Petrus, Sanctus Ioannes, & reliqui Apostoli, ac discipuli, tangentes omnes, & osculantes Sacratissima illa vulnera, maxima qua poterat deuotione, & reuerentia.

ET MOX (ait Sanctus Lucas) a *elevatis* a Luc. 24.  
*manibus, benedixit eis.* Duo hic fecit Christi- 50.  
stus Dominus noster. PRIMVM, manus in  
altum

S. Thom. 3.

p. 9. 57.

Marci 16.

19.

Luc. 24.

51.

Actuum. 5.

12.



altum eleuauit, vt insinuaret, benedictionem, quam volebat illis impertire, non esse de bonis terrenis, sed cælestibus; quam benedictionem, sua passione, & morte illis comparaauerat, manibus suis in cruce eleuatis. Ambas autem manus eleuauit; tum quòd ambæ fuissent cruci affixæ; tum vt sic benedictionis suæ largitatem significaret; qua, plena vtraque manu, bona gratiæ & gloriæ nobis impertiret. Ex quo magnos affectus concipiam, laudum & gratitudinis, dicens cum Apostolo: *benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi; qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in rebus cælestibus, in Christo.* O Christus benignissime, per amorem, & extremum dolorem, quo manus tuas in cruce eleuasti, vt mihi cælestes benedictiones cõparares, te supplex oro, vt nunc eas leuans, copiosam tuam benedictionem mihi impertias: vt meas ego quoque eleuem in cælum, orationibus, & operibus ad eò perfectis, vt sim dignus, cui eleuatis tuis manibus benedicas.

## II.

DEINDE ait Sanctus Lucas, *benedixit illis*, verbis declarans, & exprimens ea bona, quæ illis desiderabat, & pro illis petebat. Et quamuis nec verba ipsa, nec bona, quæ desiderauit, & petiuit, nouerimus; fortè illa protulerit, quibus Deus iusserat benedici filijs Israël, *c benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui; conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Aut forte partem illius o-

c. Numer: 6  
23.

ration



rationis repetiuit, quam habuit in sermone post Cænam, quæ fuit suprema benedictio, quam illis poterat impertiri, dicens: d *Pater Sancte, serua eos in nomine tuo, & virtute tua protege, quos dedisti mihi; vt sint vnum. sicut & nos: & postea ascendant, quò ego ascendo, vt videant claritatem, quam dedisti mihi, & amorem tuum erga me, antequam mundus esset. Et quoniam benedictio huius Domini, non est in solis verbis; sed re ipsa facit, quod dicit, simul cū illa benedictione, repleuerit proculdubio eos bonis illis cælestibus, quæ pro illis petebat. O Dulcissime Iesu, cui præsentés erant, etiam qui tunc erant absentes; fac me, quæso, huius benedictionis tuæ participem; ex qua totum bonum meum pendet; ne sim ego reprobo Esau similis, qui Paternam Isaac Patris sui benedictionem plenam non obtinuit. e *Genes. 27. 39.* Benedic mihi, Pater mi, in hac valedictione, non benedictione terrena; sed cælesti; quia hæc terrena nec implent me, nec satiant; Sed vtrumque præstant cælestia.*

## PVNCTVM. II.

POST QUAM Christus Dominus suis discipulis benedixit, cæpit sensim à terra eleuari, & a ferebatur in calum, non vt b *Elias curru igneo, & equis igneis per turbinem ascendes; sed propria virtute, & infinitæ Diuinitatis & Maiestatis subiectus igne, qui propellit in altum tanquam in proprium locum.* a *Luca. 24. 51.* b *4 Regum. 2. 11.*

COMITABANTVR autem eum omnes

V. Par. Medit.

M

animæ



rat; multique Angelorum chori, qui de cœlo descenderant, ut ipsum comitarentur. Discipuli omnes oculos suos animæ, & corporis in suum Magistrum defixos habebant, tribus flagrantissimis affectibus cleuatos. *Primus* erat ADMIRATIONIS, quod rem ad eum insolentem & nouam viderent, ascendente videlicet hominē per aëra, tanta iucunditate & facilitate, tantisq; sue excellentiæ, & maiestatis indicijs. *Secundus* affectus erat, maximè LAETITIÆ, exultabāt enim ob gloriā sui Magistri, & Diuinitatē, quæ in eo resplendebat: neq; enim *sciderunt vestimenta sua, sicut fecit Eliseus*, cō Magistrū suum Elham vidit raptū in cœlum, potius præ gaudio, fortè exsilierint, videntes eum, in tanta maiestate ascendente. *Tertius* affectus fuit, intimum DESIDERIUM eum sequendi, & cum eo ascendendi; quia eorum corda post suū dilectum rapiiebantur: vbi implebatur, quod prædictum erat, *ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē*. Duo enim genera captiuorum secum Christus trahebat, quosdam verè, quia ipsosmet in persona ducebat, quales erāt iusti, è lybno educti, qui ad cœlum vsq; Empyreum ipsum secuti sunt: sed præter hos etiam captiuas ducebat corda sua Matris, & omnium discipulorum, qui omni desiderio illum sequebantur, ligati catenis amoris, nec potentes ab eo diuelli. O si mihi daretur, esse me vnum ex his captiuis Iesu. O Dulcissime Iesu, trahe tecum cor meum captiuum in cœlum, ut semper illic maneam.

c. 4. Reg. 2.  
12.

d Psal. 67.  
19.

Ephes. 4. 8



in tuæ sarietate; gaudeo Domine quod per  
 aëra, aquilæ instar volantis ascendas, e *prouo- c Deuter.*  
*cans ad volandum tecum pullos, & filios tuos; 32. 11.*  
 da mihi Domine aquilæ alas, quibus te sequar  
 volans; omnes meas cogitationes ac deside-  
 ria, solum in te sequendo collocans: siqui-  
 dem *f à te nihil volo super terram, nec aliud f Psal. 72.*  
 quidquam *in calo* desidero, quàm te frui in æ- 25.  
 ternum.

## PVNCTVM III.

**C**VM discipuli ascendentem Christum  
 Dominum aspicerent, a *nubes suscepit a Actuum*  
*eum ab oculis eorum.* 1.9.

I.

**C**ONSIDERANDVM hic est mysterium  
 huius nubis, quæ, cum Christus Dominus al-  
 tius in aëra ascendendo peruenisset, eum in-  
 tra se recepit, in conspectu Apostolorum. Est  
 vero fas credere, eam fuisse pulcherrimam &  
 splendidissimam, qualem par erat esse, ad o-  
 stendendam Maiestatem illius Domini, qui in  
 ea ascendebat, & pulchritudinem loci cœle-  
 stis, ad quem tendebat. vbi impletum est, quod  
 erat prædictum, *b qui ponis nubem ascensum tuum, b Psal. 103.*  
*qui ambulat super pennas ventorum:* atque si di- 3.  
 ceretur; nubibus vteris, pro triumphalibus  
 curribus, vt magna pompa & maiestate, per  
 aëra volando conscendas. O quanta Apostoli  
 fuerint affecti læticia, gloriosum illum currum cer-  
 nentes, quo Magister eorum vehebatur, & quã-  
 uis non exclamauerint sicut Eliseus, cum vidit Eliam

M 2

igneo



c 4. Reg. 2.  
12.

gneo curru raptum ; nam suspensio spiritus,  
vsum linguæ illis adimebat ; quisque tamen  
fortè in corde suo dixerit : c *Pater mi, Pater  
mi, currus Israel & auriga eius.* O Pater mi  
amantissime, defensio & fortitudo verorum I  
fraëuitarum , qui constantes fuerunt in tuo  
seruitio, & solliciti in tua contemplatione.  
quò discedens , me derelinquis ! O Pater mi  
dulcissime, gubernator & protector in te con  
fidentium , admitte me in currum istum tri  
umphantem ; pateat mihi aditus ad istam nu  
bem splendentem, vt saltem spiritu te sequar  
& ingrediar, ad supremam tuæ Maiestatis glo  
riam contemplandam.

II.

DE INDE perpendendum, quod Christus  
Dominus noster, postquam aliquo interuallo  
in nube illa ascenderat ; ita illum cooperuit  
vt eorum oculis subtraxerit. quæ nubes signi  
ficat, quidquid nobis impedimento est, quod  
minus ipsum Christum videamus ; & substra  
hit à nostro conspectu ipsum Deum. Quod  
potest nobis duobus modis contingere : *Al  
quando* enim id euenit nostrâ culpâ ; & tunc  
apxæ culpæ nostræ sunt nubes, quas inter nos  
& Deum ponimus, magnoque sunt nobis im  
pedimento in oratione, & contemplatione  
iuxta illud Ieremiæ. *d opposuisti nubem tibi, &*  
*transerat oratio ad cælum.* Et siquidem hanc  
ego nubem mihi opposui, mihi quoque incur  
bit, eam per diuinam gratiam amouere, adhi  
bita pœnitentia & mortificatione, & exami  
natione diligenti, num ea nubes sit superbit

d Thren. 3.  
44.

nu  
ali  
ad  
im  
no  
qu  
occ  
fius  
am  
nu  
vni  
tel  
nee  
tal  
con  
te,  
ter  
bis  
bit  
me  
sol  
qua  
con  
cui  
vita  
  
E  
cti  
eba  
casi  
cor



num cupiditas, aut inordinatus ad creaturam aliquam amor; applicatis efficacibus medijs, ad dissoluendum id, quod tantum mihi bonum impedit. *Aliquando* idem nobis accidit absque nostra culpa, ex Diuina tantum prouidentia, quæ ut interdum se nobis ostendit, ita interdum occultat, & subtrahit; volens ne iucunda ipsius præsentia contemplatione, ipsum intueamur; sed ut alijs quoque rebus, ad ipsius Diuinum obsequium spectantibus, attendamus. *Et vniuersim* debilitas nostræ carnis, & nostri intellectus tarditas, & multitudo curarum ac necessitatum, quæ nos premunt in hac vita mortali, instar nubium sunt, quæ nos impediunt à contemplatione cum ea claritate & cõtinuitate, quam cuperemus; sicut nubes, quæ frequenter per aërem transeunt, solis conspectum nobis auferunt. O Deus infinite, *e qui lucem habitas inaccessibilem* mortalibus, aufer ab anima mea peccatorum nubes, quas ego posui, ac dissolue nebulas tentationum & turbationum, quas patior: ut possim in hac vita mortali, ita contemplari, donec *ffacie ad faciem*, sine aliquo nobis impedimento, *videre te* possim in vita æterna. Amen.

## PUNCTVM IV.

**E**TIAM Postquam discipuli Christum Dominum amplius non videbant, stupefacti tamen & quasi à mente alienati, adhuc *intuebantur in calum*; & longo tempore in ea exacti permansissent, nisi Dominus ipse excitatorem aliquem ad illos misisset: *a ecce* itaque

e S. Thom.  
6. 16.1. Corint.  
13. 12.Actuum. 1.  
10.



duo viri, Angeli videlicet, adstiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum: hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in caelum: quibus verbis, duo insignia documenta Angeli dederunt discipulis, & nobis in eis.

I.

PRIMUM est, quod suspensio, & admiratio, & reliqui affectus Divinae contemplationis, in hac vita, accipiendi sunt in certo termino & mensura; quia non ipsi sunt nobis finis ultimus, sed mediū quoddā, ad voluntatem Dei, & officij nostri obligationes melius exequendas: ideoq; Angeli, modo quodā reprehensionis vti sunt, cū Apostolis dixerūt; *quid statis aspicientes in caelum*: quasi dicerēt; desistite; satis diu aspexistis; ite, & facite quod vobis commissū est. SECUNDUM documentū est, ut memoriā huius Christi Domini Ascensionis in caelum, cōiungerēt cum memoria aduentus eius ad iudicandū: ut memoria primi, firmaret secundi, & vtrumq; simul hominibus prædicarēt; ut si fortè benè se gerere negligerēt, cogitātes, Dominū suum absentē esse quia ascendisset in caelum; se ipsos tamē reformarent, cogitantes, rediturum ad iudicandum, & rationem exigendam. Nec tamen dixerunt, quando esset reuersurus; sed tantū reuersurum: ut quotidie sint in huius reditu expectatione; timeantq; rationē, ab ipsis exigendam. *Quamuis* autē sit verū eū, sicut ascendit ita reuersurū, quod spectat ad maiestatem, quae

osten



ostendit in ascensu; nihilominus, qui ascendit  
 benevolus & mansuetus, magni q; ostensis a-  
 moris indicijs, reuertetur terribilis & tremē-  
 dus, & magnis ostensis seueritatis indicijs: ra-  
 tionemq; exiget omnium, quæ in suo discessu  
 nobis commisit; nemini parcēs, qui tunc fue-  
 rit reus inuētus. *Quare anima mea, b in die bo-*  
*norū, non sis immemor malorū; & in die, qua af-*  
*scendit in cælum tuus aduocatus; memor esto*  
*diei, qua reuertetur cōstitutus iudex: attende*  
*diligēter, quid tibi cōmiserit, & explere con-*  
*tende; vt cum redierit, secum te accipiat ad*  
*corregnandum in cœlo. Amen.*

b Eccle. 11.  
27.

Cum hæc discipuli ab Angelis audiissent,  
 c ipsi adorantes, regressi sunt in Ierusalem, cum  
 gaudio magno. Audientes enim Magistrum  
 suū, iā esse in throno cœlesti, prostrati in ter-  
 ram, magna reuerentia illum adorauerunt,  
 supplentes aspectu fidei, quod visu corporis  
 assequi non poterant. Reuersi sunt autē gau-  
 dio magno: nam, etsi absque suo Magistro, re-  
 uertebantur tamen vt viri perfectiores, qui  
 magis gaudent de eo, quod Deus vult, quam  
 quod caro desiderat; & de gloria Christi, quā  
 de re alias sibi grata. Huius gaudij tres fue-  
 runt causæ: **FIRMITAS** videlicet **FIDEI**,  
 quæ in eis mansit, videntibus, glorio-  
 sum exitum rerum magistri sui: ex præ-  
 teritis autem certissimi omnino redde-  
 bantur, de omnibus futuris. Deinde ma-  
 gna **FIDUCIA**, quam conceperunt, quod

II.

c Luca 24.  
52.

esset



esset venturus ad illos promissus Spiritus Sanctus; & quod aliquando ascensuri & ipsi essent ad eundem locum, ad quem Magister ipse præcesserat; quod idem futurum promiserat. Tertio denique magnus & feruens AMOR, erga illum, de cuius gloria, atque si propria ipsorū esset, exultabant: Et quamvis corpore ambularent in terra, ex monte Oliuarū in Ierusalem; eorum tamen corda, in cœlo versabantur, Domini sui gloriam contemplantia. Ex his ergo causis, ingens adeo gaudium in illis oriebatur.

## III.

EA EDEM tres causæ magnum animæ meæ gaudium adferre debent, & excitare FIDEM, SPERAM, & CHARITATEM erga Christum Dominum meum, vt gaudeam de eius gloria, & exultem, spe aliquando ad ipsum ascendendi. Ad quod obtinendum, curare omnino debeo abijcere à me, quidquid hunc ascensum mihi potest impedire, qualia sunt peccata, vitia, & inordinatæ affectiones ad res terrenas; imò superfluas ex eis etiam deponere; vt leuius faciliusque volare mihi liceat ad locum, vbi Christus est: propterea enim ipse dixit, *ubiunque corpus erit, illuc congregandas & aquilas*; vbi videlicet Christi Domini nostri corpus glorificatum est, eo conuenturos illos, quorum *e iuuentus renouata est, sicut aquila*: Nam *qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquila*, vt ad contemplandum illum ascendant, & volent velociter, ad omnia, quæ sunt eius oble-

d Matt. 24.  
28.

e Psal. 102. 5

f Isai. 40.  
31.

quij




quij. O Rex cœli, qui aquilæ instar Regiæ, *g lob. 39.27.*  
*g eleuatis in aëra, & in arduis, & altissimo cæ-*  
*lo, ponis nidum tuum, me prouocans, vt te de-*  
*siderio sequar; renoua in me iuuentutem si-*  
*cut aquilæ, vt nouâ recipiam virtutem & for-*  
*titudinem, qua possim volare post te, tua ve-*  
*stigia sequens, tuas virtutes æmulans, & cor-*  
*meum ad locum illum transferens, in quo est*  
*corpus tuum glorificatum; & ita in terra vi-*  
*uens, vt h mea conuersatio sit in calis, vbi tu vi-*  
*uis & regnas in æternum. Amen.*

*h Philip. 3*  
*20.*

## MEDITATIO. XIX.

DE INGRESSV CHRISTI *Marci 16.19.*  
 Domini in cælum Empyreum, &  
 eius ad Patris dexteram  
 conessu.

## PVNCTVM I.

ONSIDERANDVS Primo  
 est gloriosus Christi Domini  
 nostri triumphus, cū cælū Em-  
 pyreum ingressus est: circa quē  
 etiam est perpendendus ipsius  
 comitatus, exultatio, & concentus, quo est  
 exceptus; colloquia, & sermones, qui in ipso  
 ingressu fuerunt.

COMITATVS erat omnium animarum,  
 quas è lybo eduxerat, cū aliquot iustis, cor-  
 poribus etiā glorificatis (si tamen verum est,  
 quod, qui cum Christo Resurrexerunt, non

I.

*Meditat. 2.*  
*punct. 4.*

M 5 sint



a *Psal.* 67.

19.

*Ephes.* 4. 8.

fint iterum mortui) iuxta id, quod scriptum  
erat: *a ascendens Christus in altum, captivam  
duxit captiuitatem*, duxit videlicet secum a-  
nimas, quæ fuerunt in limbo captivæ; quas et-  
iam captivas, sed catenis amoris & charita-  
tis, summaque earum animi voluptate & con-  
solatione, secum ducebat. quo enim peius &  
calamitosius est, captivum esse Dæmonis; eo  
est melius & gloriosius, captivum esse Christi.  
Quam itaque lætabunda, ascendebat illa so-  
cietas illustrium victorum, & captivorum,  
ducem suum sequens, & cupiens se collocari  
in throno gloriæ, ubi perfectissima libertate  
gauderent. Meminerant omnes illi angustiarum  
& tenebrarum Limbi, ex quo deducti e-  
rant, quas cum amplitudine & claritate Em-  
pyrei cœli, in quod ingrediebatur, conferen-  
tes, admirabantur, & loci pulchritudinem  
obstupescerent; dixerit proculdubio quisque

b *Psal.* 83. 2.

illud Psalmi: *b Quam dilecta tabernacula tua,  
Domine virtutum! concupiscit & desicit anima  
mea in amplissima atria & palatia Domini.*

c *Psal.* 46. 6.

POST HUNC ASPECTUM, mox cepit cœ-  
lestis, de quo David: *c ascendit Deus  
in iubilo, & Dominus in voce tubæ.* O quales læ-  
titiæ iubilos senserunt illæ animæ; dum suum  
Ducem comitarentur! quas laudum voces  
sonoras magis, quam tubarum, ex cordibus  
suis ediderunt, Dominum suum glorificantes.  
aliæ proculdubio alias, ad huiusmodi laudem  
cantica prouocauerint, illud eiusdem David  
dicentes: *d Psallite Deo nostro, Psallite: Psal-*

d *Psal.* 46. 7.



lite Regi nostro, psallite: quoniam Rex omnis terra Deus: psallite sapienter: regnabit Deus super gentes; Deus sedet super sedem suam Sanctam: & illud, e Psallite Domino, Psallite Deo, qui ascendit super calum caeli ad orientem; & ibi fulcem inhabitans inaccessibilem, electos suos illuminat lumine gloriæ.

CUM choro animarum, ingressus est simul chorus vnus innumerabilium Angelorum; qui descenderāt, vt Christū ipsū comitarētur, essentque illi, vt inquit David, sicut g currus Dei triumphales decem millibus millia letantium, omnes summo gaudio cantantes triumphos eius victoriæ; dialogos & colloquia miscētes, ad eius magnitudinē manifestandā, alij alijs dicebāt, h Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ aternales: & introibit Rex gloria. alij admirātes respondebāt: quis est iste Rex gloria, qui vult per has portas penetrare? & eis respōdebatur: Dominus fortis, & potēs, Dominus potēs in pralio; Dominus virtutū, ipse est Rex gloria, alij per modū collectatiū interrogabāt, quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra: iste formosus in stola sua, gradiēs in multitudine fortitudinis suæ? Atq; si diceretur, quis hic est, qui ex mūdo ascēdit, sāguine tinctus, & ex loco pugnae, indutus humanitatē phrygio vulnerū opere laboratā; sed mirū in modum pulchram, editis magnæ virtutis ac fortitudinis argumentis. Ego, inquit sum, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Ego feci in mundo iustitiam, exsoluens peccata

horni-

e Psal. 67.

34.

1. Tim.

6. 16.

III.

g Psal 67.

18.

h Psal. 23. 7.

Supra Me-

dit. 1.

i Isaiā. 63. 1.



hominum; pugnans contra Dæmonem, vt ab eius Tyrannide illos eruerem; & nunc facio iustitiam, ascendens ipse, & mecum illos deducens ad cœlum, quod pro illis sum promeritus. Et tunc omnes, communi voce, dixerunt illud Apocalypsis; *k dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & laudem in secula seculorum.* O. Saluator mundi, gaudeo de tuo isto adeò glorioso triumpho, quem abundè es promeritus; *l surge Domine in requiem tuam, tu, & arca Sanctificationis tue:* siquidem tam feliciter pro nobis laborasti. *m Exaltare super Cælos Deus; n Ascēde super Cherubim, & vola super pennas ventorum,* & sede super omnes creaturas; quia omnibus illis superior & melior es: fac mihi quæso potestatem, intrandi ad istos choros Angelicos; illorumque vocibus meas coniungendi; vt te cum illis laudem ac benedicam, dicens, *o Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, & exercituum, qui est, & fuit & venturus est:* pleni sunt cœli istâ gloriâ tuâ; & glorioso isto tuo in eos ingressu!

PRÆ omnibus autē perpendenda est, ipsius Christi Domini, in hoc suo triumpho, lætitia: Nam etiam de ipso aptè dicitur: *p ascendit Deus in iubilo,* exultante Sanctissima illa anima summo gaudio; quòd videret felicem omnium laborum suorum exitum: & sicut *q Pastor, qui inuenit ouem, quam perdidit, im-*

*positam*

*k Apocal 5.  
12.*

*l Psal. 131. 8.*

*m Psal 107.  
6.*

*n Psal. 17. 11.*

*o Apocal. 4.  
8.*

*p Psal. 46. 6.*

*q Luca 15. 5.*



positam in humeros suos, gaudens portabat in  
 cœlum, ex quo descenderat, ut illam quære-  
 ret: dixerit proculdubio Angelis: *congratula-  
 mini mihi, quia inueni ouem meam, qua perierat.*  
 O Pastor supreme, qui tot expensis tuis, quæ-  
 siuisti & inuenisti ouem humani generis; con-  
 gratulor tibi de isto gaudio, quo affectus as-  
 cendis, triumphans super omnes cœlos: gra-  
 tulator tibi gloriam istius triumphi, per quam  
 supplico, ut eius me participem facias, quæ-  
 rens me & inueniens in hac vita, & postea de-  
 ducens ad te fruendum in futura.

## PUNCTVM II.

**I**NGRESSVS itaque Christus Dominus  
 noster, & a penetrans (ut ait Apostolus) cœ-  
 los, perueniensque ad ipsum supremum cœ-  
 lum Empyreum, obtulit æterno Patri fœli-  
 cem illam captiuitatem, quam secum deduce-  
 bat, & quasi rationem reddens eorum, quæ in  
 mundo, ipsius obsequij causa, fecisset, repeti-  
 uerit fortè, quod in sermone post cœnam ei-  
 dem dixerat; *b Pater manifestavi nomen tuum  
 hominibus, & te clarificaui super terram: opus  
 consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem: &  
 nunc clarifica me tu Pater, apud te metipsum,  
 claritate, quam habui prius, quam mundus es-  
 set, apud te.* O quantum solatium acceperit æ-  
 ternus Pater, de munere quod Filius affere-  
 bat; & quantis lætitiæ signis iusserit eum *c se-  
 dere ad dexteram suam*: ut sic impleretur,  
 quod prædixerat Dauid: *d Dixit Dominus Do-*

a Hebra. 4.

14.

S. Thom. 3.

p. 9. 57.

a. 4. &amp; 9.

18.

b Ioan. 17.

4.

c Marci 16.

20.

d Psal. 109.

1.



*mino meo, sede à dextris meis; iuber illum Sederē, ut significet, Dominiū eius quietum, & pacatum, & infinitam eius personæ dignitatem; dicit: A DEXTRIS MEIS; ut intelligatur, se illi optima quæque gloriæ suæ bonæ communicare, thronum illi constituens, super Angelos & Archangelos omnes, super potestates, & Dominationes, super Cherubinos, & Seraphinos, tanquam omnium capiti & Domino: e ad quem enim Angelorum (ait Apostolus) dixit aliquando: sede a dextris meis: potius omnes voluit esse administratorios spiritus, ipsius gubernationis.*

*PERPENDAM hęc, quàm cumulatè Pater æternus, præmio affecerit obsequia, quæ filius, ipsius gratiā in mundo exhibuerat, cum illum supra omnes extulerit; quod se præ omnibus humiliauerit. Pro throno enim crucis, dedit ei thronum suæ Maiestatis: pro spineæ corona, dedit coronam gloriæ: pro latronibus socijs, Angelicas dedit Hierarchias; pro eius opprobrijs, & blasphemijs, quas sustinuit à Iudæis, honores dat illi & laudes spirituum beatorum: & quia descendit primum in inferiores partes terræ, fecit illum ascendere super omnes celos, & g donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genuflectatur, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus, in gloria est Dei Patris. Dilce itaque, anima mea, humiliari pro Christo, & proculdubio exaltaberis cum Christo: nam æternus Pater, quàm fidelitatem vnigenito fi-*

e Hebra. 1.  
23.

f Ephes. 4.

9.

g Philip. 2.

9.



lio suo seruauit, seruabit quoque erga filios adoptiuos, propter amorem, quem habet erga naturalem; in cuius præmio, nostrum etiam continetur: nam ut ait Apostolus, *h Ep/es. 2. 4.*  
*Deus qui Diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua delexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia saluati sumus) & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus, in Christo Iesu.*

HINC magnos hauriam affectus confidentiæ, sperans ascensurum me cum Christo in cœlum; confidens in misericordia & charitate Patris, & magnis Filij meritis; firma quoque proposita concipiam, rem nullam aliam quærendi, quàm ipsum Christum Dominum nostrum, & Sanctissimam eius voluntatem; semper memoria tenens, quod dixit Apostolus: *iqua sursum sunt quærite, vbi Christus est, in dextera Dei sedens. O Dulcissime Iesu, si vbi Colos. 3. 1.*  
 thesaurus meus est, ibi est & cor meum; vbi es tu, erit & illud semper: quia tu thesaurus meus es, & extra te nihil reputo pretiosum. Eia ergo, anima meâ, cogita peregrinam te esse, & aduenam super terram, Patrem verotuum, & Redemptorem tuum, esse iam & sedere in cœlo: propera ergo eo peruenire, vbi ille est: reueratæ iam sunt portæ cœli, quæ tot annorû millibus fuerant occlusæ; gaude h. Ice  
 Nouis, curre velocitate cerui, vola aquilæ als  
 ascen-



ascende corde ad thronum Domini tui, & habita semper propè cæleste eius stratum, si enim Spiritu nunc ibi habites, postea habitabis etiam corpore glorificato in sæcula. Amen.

## PUNCTVM III.

**P**ERPENDENDVM tertio, Christū Dominū nostrum, statim, postquā sedi sset ad dexterā Patris, auspiciatū esse munus suum; & distribuisse animabus, quas secum deduxerat cælestes sedes: aliquas enim collocavit inter Angelos, alias inter Archangelos, & Principatus, alias inter Cherubinos & Seraphinos, assignato cuique loco & sede, pro ipsius meritis. Circa quod ratiocinari licet & perpendere, quas sedes dederit Patriarchis, quas Prophetis, Sancto Iosepho, Sanctissimæ suæ Matris sponso, magno Ioanni Baptistæ; quem item locum ijs dederit, quos glorificatis etiam corporibus secum deduxit. O quantum fuit animarum illarum solarium; cum se in talibus thronis, & in adeo gloriosa societate collocatas videbant; o quàm læti fuerunt Angeli, videntes impleri sedes, quas socii ipsorum, ob superbiam vacuas reliquerant, reparante, vt ait David, & a *implente* Deo in hominibus, *ruinas* & casus malorum Angelorum. O quàm abundè, impleuit æternus Pater promissionem, quam fecerat Filio, cum dixisset *pro eo quod tradidit in mortem animam suam, dispersiam ei plurimos, qui ipsi inseruiant.*

a Psal. 109.  
6.

b Isaiæ. 53.  
12.



*fortium diuidet spolia.* Exulto O Dulcis Iesus; quod munus illud tibi incumbat, diuidendi spolia gloriæ tuæ ijs; qui tibi cum fortitudine seruiunt; fac ergo me, Domine, in tuo seruitio fortem & constantem, vt spoliis tuorum particeps esse merear.

II.

L I C E T quoq; cōsiderare, Christū Dominū nostrū, ad Patris dexterā sedēte, statim etiā munus aduocati hominum, qui manebant in terra, auspiciatum esse, Patri ostendētem vulnera, quæ pro eis redimendis, & ipsius præcepta implēdo, acceperat: in quo munere semper, hodieque perseuerat. Hinc magnos amoris & fidaciæ affectus concipiam; memor eius, quod dicit Apostolus: *c Habentes Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum Filiū Dei, teneamus confessionem spei nostræ firmā; nec deficientes in confessione eorum, quæ credimus, nec in procurando eo, quod speramus; præcipuè autem cum in aliquod peccatum lapsus me videro, memor ero illius Sancti Ioannis sententiæ; d filioli mei, hac scribo vobis, vt non peccetis. Sed etsi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Cum itaque ad eum ipse sit iustus, feceritque Redemptionem ad eum copiosam; non prætermittet partes meas agere, mihi que applicare veniam, quam mihi comparauit: & qui portas cœli mihi referauit, non occludet easdem, sed potius me admittet, vt

e Heb. 4. 14.

d 1. Ioa. 2. 1.

V. Part. Medit.

N

partem



partem cum ipso habeam in regno ipsius, ad gloriam Patris sui, cum quo uiuit & regnat in sæcula. Amen.

## MEDITATIO XX.

DE RECOLLECTIONE  
& oratione Apostolorū post Christi Ascensionem vsque ad Spiritus Sancti aduentum.

## PUNCTVM I.

a *Assumpt.*  
I. 13

**R**EDVNTES Discipuli Ierusalem, a intrauerunt canaculum, & manebant ibi Petrus & Ioannes, & reliqui Apostoli, qui erant omnes perseverantes uniuersimode in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, & fratribus eius.

I. **C**ONSIDERANDVM Primo, Apostolos à Spiritu Christi motos, se recepisse decē illis diebus ad cænaculum; ut, à strepitu & tumultu populi separati, feruenti orationi instantes, Spiritus Sancti aduentum impetrarent: nam etsi Christus Dominus illum promiserat: ideoq; venturum nihil dubitabant; scientes tamen Diuinas promissiones impleri, & nobis euenire, media nostra oratione, illi instabant præcipuè; quod essent memores eundem Dominum & Magistrum suum dixisse.



se b sivos, cum sitis mali, nostis, bona data dare filijs vestris; quanto magis Pater vester, de celo dabit spiritum bonum petentibus se.

b Luca. 11.  
3.

II.

HVIC orationi adiungebant ipsi excellentes alias virtutes, quas insinuat Sanctus Lucas, cum dicit, VNANIMITER illos orasse, quia omnino coniuncti & conformes erant, vno corde, vna voluntate, omnes vna orantes; scientes orationem plurium, qui sint charitate coniuncti, valde esse efficacem apud Deum, iuxta illud sui Magistri, c Amen dico vobis, quia si duo vestrum consenserint super terram; de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis est; ubi enim sum duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: quasi diceret, illi exaudientur à Patre meo, quia ego sum cum illis, eos iuuans in oratione, & officium aduocati & oratoris pro ipsis exercens. Et quoniam Christus Dominus, grauitè & seriò mutuam dilectionem illis commendauerat; conabantur in ea conformitate voluntatum, quæ eiusdem amoris mutui est causa, excellere.

Conditiones  
orationis  
ad Spiritũ  
sanctum  
obtinendũ.

c Matt. 18.  
19.

III.

De Instituti-  
o ad vir-  
gin. c. 1.

NEC SOLVM mutuò inter se coniuncti erant & vniti, sed quisque secum: Ex quo prouenit, vt ipsa oratio, maximè sit collecta, cum animæ facultates sunt ad eam fundendam coniunctæ. nam etiam in hoc sensu, ait, S. Ambrosi<sup>9</sup>, intelligi, quòd Christ<sup>9</sup> dixit, exaudiendã orationẽ, quãdo duo in ea cõuenerint, exterior videlicet & interior homo, corpus

N 3 & ani-



& anima, concordante, per verā mortificationem & subiectionem, corpore, cum anima; & utroque cum illo tertio, quem Apostolus SPIRITUM vocat; ita ut ad orandum conveniat corpus cum sensibus; anima cum imaginatione, & inferioribus appetitionibus; Spiritus verò cum superioribus facultatibus, memoria, intellectu, & voluntate: & tunc erit Christus in medio horum duorum aut trium, in ipsius nomine coniunctorum, adiuvans eos in oratione.

## IV.

QUARTO erant PERSEVERANTES in suā orationis exercitatione continuè, non illam interrompentes, aut ex repiditate relaxantes, memores eius, quod ipsorum Magister dixerat: *d oportet semper orare, & non deficere.* Et quoniam Christus Dominus noster, non designauerat tempus, quo Spiritum Sanctum esset illis missurus, quotidie orabant; & persistentes, instanter multiplicabant orationem tanto feruore, atque si tunc fuissent illum accepturi, importunè urgentes Deum, ut illum mitteret; ut si illum, eò quòd e amici Dei essent non impetrarent; propter improbitatem tamen illorum, illum mitteret. quam rationem orandi ipsemet eorum Magister aliquando commendauerat.

d. Luc. 18. 5

e Luca. 11. 8

## V

DENIQUE orabant etiam cum MARIA MATRE IESU; quam proculdubio ut Patronā, quæ pro ipsis intercederet, acceperunt scientes ipsam solam, multò plus posse cum filio suo, & Patre eius æterno, quam ipsi om-



nes simul. quare ipsa Virgo Sanctissima, feruenter orans, reliquos exemplo suo ad feruenter etiam & perseueranter orandum permonebat: fuit vero eius oratio adeo efficax, ut dicere de ea liceat; quod sicut obtinuit suis orationibus acceleratione Incarnationis Filij Dei: ita eidem impetrauerit Spiritus Sancti aduentum, ad Apostolorum & totius mundi utilitatem.

IN HIS quatuor virtutibus, & orationis circumstantijs, studere debeo, Sanctos Apostolos imitari, ad Spiritus Sancti aduentum impetrandum: oratione videlicet **S E P A R A T A & C O L L E C T A**, coniunctis omnibus meis facultatibus & sensibus; **C O N I U N C T I O N E C H A R I T A T I S**, cum omnibus; **P E R S E V E R A N T I A** cum importunitate impetendo, ac **D E V O T I O N E A D V I R G I N E M** Sanctissimam Dominam nostram; supplex illam orans, tanquam Matrem nostram, ut pro me oret, & causam meam, apud æternū Patrem & eius Filium, agere velit; ut Spiritus Sancti plenitudinem mihi impertiatur.

HINC quoque discam, sicut illud cænaculum, in quo manebant Apostoli, significabat Ecclesiam, quæ domus est orationis & vnitatis; ita curandum mihi esse, ut anima mea sit sicut hoc cænaculum, his virtutibus ita ornata, ut Spiritus Sanctus in eam descendat, suisque diuinis donis ditet. Simul etiam ingentes Domino nostro gratias agam; quod me in sua Ecclesia collocauerit, in qua non solus oro,



quia semper ipsa pro omnibus orat, & multi iusti orat pro inuicē. Quare in virtute Cōmunionis Sanctorum, quæ est in Ecclesia, oratio mea ascendit, cōiuncta orationibus multorum iustorum, si cū illis volo esse coniunctus.

## PUNCTVM II.

**D**EINDE, considerandæ sunt causæ & motiua, quæ Apostolos, ad hanc recollectionem & exercitationem orationis permouerunt; eas mihi ipsi accommodando, vti idem in me efficiant.

I.

**PRIMA CAUSA** fuit, quod Christus, in suo, ab eis discessu, iussisset, quietos sedere in ciuitate, donec indueretur virtute ex alto: ad quod mandatum explendum, receperunt se in canaculum, ex eo facientes Domum Orationis, & locum refugij, reuocantes sibi memoriã mysteria, quæ in illo peracta fuerant, & altissimos Diuinosque sermones, quos suo Magistro in eo audiuerant: & sicut ipse Christus Dominus, priusquam ad prædicandum in publicum prodiret, quadraginta diebus mansit in deserto; ita voluit, Apostolos decem saltem dies, collectos & inclusos manere, procurantes, Spiritum Sanctum impetrare, quem prius acciperent, quàm ad prædicandum Euangelium prodirent.

II.

**SECUNDA CAUSA**, fuit agnitio suæ infirmitatis & insufficientiæ, cuius in præcedentibus occasionibus, experientiam habuerunt, præcipuè tempore passionis; & cum viderent, se iam præsentiam sui Magistri destitisse.



tos, qui ipsos docebat, & consolabatur: tam hoc quàm illud ipsos vrgebat, feruensque inflammabat desiderium aduentûs Spiritus Sancti, qui sua virtute & doceret ipsos, & confortaret, ideòque non celsabant orare, gemere, & suspirare, vt tandem veniret. Nunc illum ab æterno Patre petebant, per merita vni-  
 geniti ipsius **FILII IESU CHRISTI**, qui ipse nomine illum promiserat; nunc eundem petebant ab ipso Iesu Christo Magistro suo, ei supplicantes, vt impleret verbum, quo promiserat, se illum missurum; nunc denique eundem Spiritum Sanctum orabant, vt venire dignaretur, & ipsos visitare, docere, & consolari, adferentes, tanquam causam, necessitatem suam, ob quam eius præsentia indigebant, ad munus explendum, quod fuerat ipsis commissum: estque fas credere, interdum omnes simul, manus suas ad cælum eleuasse, & magno cordis clamore orasse, dicentes *Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende: Veni O Spiritus Creator, & consolator noster, visita animas tuorum seruorum, easque imple gratia tua cælesti. Consolare illas amoris tui dulcedine, tuæque potentia virtute corrobora.* Verùm quæ omnium maximè feruenter orabat, tresque ipsas Diuinas personas maximè sollicitabat, erat ipsa Beatissima Virgo, quia omnium maxima charitate id petebat, non sibi soli, sed Apostolis: si enim in nuptijs, quando defecit vinum,



statim recurrit, ut a Filio suo illud peteret, tacta solum compassione; quam à maiori fervore credenda est nunc petiuisse vinum amoris & fervoris, quod à Spiritu Sancto procederet in illam congregationem, quæ eo tantopere indigebat!

Hocvm Sanctorum exemplo, excitabo & ego in anima mea similia desideria; siquidem adeò nota mihi est mea magna Divini huius Spiritus necessitas; frequentia itaque miscbo colloquia, cum tribus Divinis personis; à singulis earum, demissè illum petendo, utentibus hymnis & Psalmis, qui eius faciunt mentionem: Loquens cum æterno Patre, aut cum eius Filio Christo Domino nostro, dicere possum cum Davide, *O Deus immense, a cor mundum crea in me, & spiritum rectum innova in visceribus meis: redde mihi latitiam salutari tui, & Spiritu principali confirma me: b emitte spiritum tuum, & renouabor sicut per eum renouas faciem terra.* Loquendo cum ipso Spiritu Sancto, valde opportunus est hymnus, *veni creator Spiritus & Sequentia, siue Prosa* quæ in eius sacro legitur. si magno fervore verba illa repetantur, *Veni Pater Pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium: O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium. O lux clarissima, & ignis ardentissime; veni, & intima cordis mei penetra, purifica, tempera, illustra, & accende Divini tui amoris flammis.*

III.

ULTIMO PERPENDAM, quod

Spiri-

a Psal. 50.

2.  
b Psal. 103.  
30.



Spiritus Sanctus, cuius (teste Apostolo) proprium est, *c postulare pro nobis gemitibus in-* *c Rom. 8. 26.*  
*narrabilibus*, sensim accendebat hæc desideria in cordibus Apostolorum. desideria enim sunt veluti præcursores & metatores ipsius Dei, in anima, ad quam ille sequitur, ut in ea hospitetur. ET quamuis omnibus his decem diebus semper illa foueret: in vltimis tamen multò magis accendebat; quare eidem supplicabo, ut me huiusmodi desiderijs præuenire dignetur, quæ me ad ipsum dignè hospitandum disponant. O Spiritus Diuine, & De- *d Psal. 95. 3.*  
 us æterne, de quo scriptum est, *d ignis ante ipsum præcedet*: Accende in anima mea, ignem horum desideriorû, ut omnia comburat, quæ tuo aduentui impedimento esse possunt. O Sacri Apostoli, quibus Diuinus ille Spiritus, talia desideria communicauit; orate eundem, ut & mihi talia communicet, ut aptus fiam ad illum recipiendum, sicut vos illum recepistis: nam mea necessitas non minor est, quam fuerit vestra. O Virgo sacratissima, attende defectum in me huius vini, quo Spiritus Sanctus Apostolos inebriauit, eumq; defectum magno feruore ipsi propone, ut interuentu tuo, me, sicut illos, inebriet. Amen.

## PVNCTVM III.

**D**ENIQUE causæ expendendæ sunt, ob quas Christus Dominus noster, per decem dies distulerit promissionem suam implere, & Spiritum Sanctum mittere. **PRIMA I.**

N 5

CAUSA



causa fuit, ut nos doceret longanimitatem, quatenus tantum donum expectare, & querere par sit: nam in sacra scriptura denarius numerus, significat dierum multitudinem, sicut Angelus dixit in Apocalypsi. *a habebitis tribulationem diebus decem*, hoc est multo tempore. Vult ita Dominus noster nos intelligere, aduentum spiritus Sancti in nos, adeo esse magnum beneficium; ut & illud querere, & longo tempore sperare sine defatigatione oporteat, quia totum tempus, quo expectabitur, erit paruum, & cum tandem venit, rependit sufficienter, & vel unius diei dono abunde satisfacit: item, quod cito obtinetur, cito etiam confuevit committi; ut euenit Salomoni, qui repente obtinuit Spiritum sapientiae, & quoniam paruum illi stetit, non diligentem illius curam gessit. Ex quo certo statuam, caeleste hoc donum valde constanter petere, etiam si diutius in ea petitione sit perseverandum, opportunè reuocans in memoriam illud Prophetæ *b Si memoriam fecerit, expecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit.* & quamuis iuxta tuum desiderium fortè moretur, non erit longior mora, quàm deceat eius excellentiam; ut magna tibi utilitati expediat.

## II.

SECUNDA causa fuit, ut significaret, quanta perfectione oporteat nos querere istud donum: denarius enim numerus, eam perfectionem significat, iuxta illud alterius Prophetæ, *c decies tantum conuertentes requiratis Deum; quam erraueritis ab ipso.* Qua-

*a Apocal. 2. 10.*

*Insinuat S. Basilius de constit. monasti. c. 2. ad finem*

*b Habac. 2. 3.*

*c Baruch. 4. 28.*

requi



re qui Spiritus Sancti plenitudinem accipere cupit, necesse est, magno feruore, ac perfectione ad Deum se conuertat, magnum resumens animum, seruandi decem Diuinæ legis mandata, in eaque obseruatione, instantissime perseverandi: oratio enim & obedientia, obtinent à Deo quicquid petimus. O Dulcissime Iesu, qui tuis Apostolis dixisti: *d si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcumq; uolueritis petetis, & fiet uobis:* Concede mihi, permanere in te per uerum amorem, & uerba tua in me, per exactam obedientiam; ut petenti mihi quod opto, Diuinum scilicet tuum spiritum, tribuas in magna plenitudine.

*d Ioan. 15. 7.*

ALII QUI etiam meditantur, quòd in primis nouem diebus, post Christi Ascensionem, nouem Angelorum Chori, singuli singulis diebus, singulare festum & adorationem Christo Domino nostro exhibuerint: & ob eam causam Spiritum Sanctum descendisse die decima. Ex quo etiam concipiam desiderium, hos nouem Angelorum choros imitandi, in his nouem diebus, singulis diebus petens à singulis choris, ut Spiritus Sancti ad me aduentum mihi procurent.

*Nicopho. lib  
1. c. 37.*





MEDITATIO XXI.  
DE ELECTIONE SANCTI  
Matthiæ in Apostolum.

## PUNCTVM I.

a Actuum  
1.15.23.

**I**n diebus illis, exurgens Petrus in medio Fratrum (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti) egit de electione vnus in Apostolum, loco Iudæ, qui testis esset Resurrectionis Christi, cū cæteris Apostolis: & statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiã. Et orantes dixerunt: tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo preuaricatus est Iudas: & dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam.

I.

CONSIDERANDA primū est providentia, quam habet Christus Dominus noster, ne deficiat numerus suorum electorum, ad officia, & dignitates Ecclesiæ Militantis; vt enim deficiente Iuda, voluit eligi Mathiam, ad implendum numerum, quem designauerat duodecim Apostolorum; ita cum deficit aliquis in fide, aut Christianismo, aut Religione, aut in loco aliquo, quem tenet in Ecclesia, vocat & eligit alios eius loco: & ideo cuidam Episcopo dicitur in Apocalypsi, *b tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Duos hinc af-

b Apocal. 11  
3.

fectus



fectus magni momēti cōcipā: alterū TIMO-  
RIS & HVMLITATIS, cū videā versari  
me in periculo perdendi quod habeo; & vt  
alius locum meum occupet, sicut in foelici Iu-  
dæ euenit, de quo dixit Psaltes: *Episcopatum  
eius accipiet alter*, quod supra perpendimus 4.  
Pater Meditatione 6. & 31. Alter affectus est *c Psal. 108.*  
magnæ FIDVCIÆ, de prouidentia Dei, er-  
ga suam Ecclesiam, & status religiosos, & om-  
nes Communitates seu cōgregationes, Diui-  
no ipsius obsequio dedicatas; inspirans mul-  
tis, vt succedant in locum eorum, qui diem  
suum in eis obeunt, aut etiam eas deserunt.

DEINDE perpendenda est eiusdem Christi  
Domini nostri suavis Ecclesiae gubernatio,  
per suos Pastores, quos in ea posuit. Cū enim  
quadraginta illis diebus, quibus mansit in  
terra cum suis discipulis, potuisset alium A-  
postolum, loco Iudæ eligere, sicut reliquos d-  
elegerat, & nominauerat ante Passionem, *d Luca 6.*  
quod hoc, ratione suæ dignitatis & excellen-  
tiæ; ad ipsū pertineret; id tamē in hac electi-  
one non fecit, sed eam reliquit Sancto Petro,  
& collegio Apostolico; vt illi illum nomina-  
rent, & per ipsos fieret electio, assistente in-  
terim ipso Christo Domino inuisibiliter ele-  
ctioni: quod ita fieri statuit, vt ipsius vicarij &  
ministri, in honore & veneratione essent;  
nosque doceret, id, quod illi fecerint, ipsius  
prouidentia fieri: ideoq; esse illis in eo, quod  
statuunt, obediendum, atque si ipsemet illud  
statuisset; iuxta illud quod alias ipse dix-  
erat

II.



e Luca 10.  
16.

rat: e qui vos audit, me audit.

PUNCTVM II.

I.

CONSIDERANDVM deinde, quid in  
ca Electione Apostoli ex parte sua præ-  
stiterint. Et primo perpédenda est S. Petri, tã-  
quã capitis illius congregationis sollicitudo,  
in præstandis muneris sui obligationibus; in-  
spirãte quidẽ illi Deo, quã agere deberet; ipso  
verò applicante, ad ea præstanda, lumen cœ-  
leste, sibi a Deo communicatum, cum illi a-  
peruit sensum, vt scripturas intelligeret; ide-  
o que optimè affectus est, quid illæ de Iuda  
prædixisset, & a *Episcopatum eius accipiet alter*.  
Est etiam fas credere, Sanctum Petrum, & rã-  
& in similibus casibus occurrentibus, consu-  
luisse Beatissimam Virginem, tanquam omni-  
um Magistrã, & omnium maximè in myste-  
rijs fidei & Diuinarum scripturarum cogniti-  
one illustratã, quid scilicet esset faciendum.

a Psal. 108.  
8.

Ex hoc discam; Prælatos & eos, qui ad tem-  
pus se recipiunt, orationis causa; non propte-  
rea negligere debere officij sui obligationes:  
nam oratione ipsa, simul cum executione  
voluntatis Dei, aptius disponuntur ad impe-  
trandum, quod ea recollectione quærunt.

II.

PERPENDENDÆ sunt deinde Heroi-  
cæ aliquæ virtutes, quas illa Sancta Congre-  
gatio tunc exercuit, tanquam indicia eius,  
quod Sanctus Spiritus paulo post erat in illis  
effecturus. *Prima* fuit, magna **O B E D I E N-**  
**T I A** & subiectio, qua se iudicio Sancti Petri  
subi



subiecerunt, nullo prorsus aut replicante, aut contradicente; quamuis dicere quispiam potuisset: expedire ut Spiritus Sancti aduentus expectaretur, quò eius præsentia rector esset electio: sed nihil tale à quoquam allatū est, quia omnes suum iudicium, Pastoris sui iudicio subiecerunt; facientes quidquid ille proposuerat. quo factò nos docuerunt, qua ratione oporteat, Prælati nostris, pròptè & cum iudicij resignatione obedire: quòd propterea magno studio conabor imitari, ut hac obediendi ratione, magis me disponam, ad recipiendum Spiritum Sanctum, qui datur sic obedientibus, inobedientibus autem negatur. *Secunda* virtus fuit magna **VNIOR ET CONCORDIA**, in duobus illis nominandis, quos proposuerunt, ad Apostolatus dignitatem, absque vlla intèr ipsos ambitione huius dignitatis, aut discordia, & iudicorum diuersitate, num duo tantum, aut plures, & qui ex omnibus essent nominandi: omnes enim magna animi demissione, se indignos iudicabant Apostolatus dignitate; & ita magna pace & concordia duos illos nominarunt, quos iudicio suo optimos in tota congregatione, & ad id muneris aptissimos existimabant: quorum exemplo, semper quod in me erit, concordiam & humilitatē in omnibus occasionib, promouere cõtendā; per illos siquidē occurritur ambitionibus & factionibus congregationū, & ita disponuntur ad Spiritum Sanctum recipiendum.



TERTIA VIRTUS fuit, ORATIONIS & accessus ad Deum, qui nouit corda hominum, ut ille declararet, vtrum illorum duorum, ad eam dignitatem elegisset; in quo simul fatebantur, facile homines in his electionibus decipi posse: quia non nouerunt corda, in quibus bonum & malum residet; idedque facile contingere, ut malum existiment probum, aut minus bonum meliorem: fatebantur etiam, Deum in sua æternitate aliquos elegisse, ac designasse, ad suæ Ecclesiæ dignitates & officia: ideoque hoc nobis in votis esse debet, ut illos ipsos eligamus, quod nostra electio Deo electioni cõformetur. Ad quæ omnia plurimum confert feruens oratio, quæ sit in concordia & charitate. O Spiritus Sanctissime, cuius prouidentia, Sancta illa discipulorum Christi Congregatio regebatur, tribue omnibus quæ in Ecclesia sunt Congregationibus, hæc supernas virtutes. OBEDIENTIAM, CONCORDIAM, HUMILITATEM, ET ORATIONEM; ut in illis tanquã in quatuor firmissimis columnis fundatæ, perseuerent semper in Spiritu sanctæ vocationis suæ. Et quoniam sine illis, neque ego possum in mea perseuerare; infunde eas mihi cum tua copiosa gratia ad tuæ gloriæ manifestationem.

## PUNCTVM. III.

CONSIDERANDÆ hic sunt causæ, ob quas Christus Dominus, prætermisso Iosepho, qui cognominabatur Iustus, Mattheum

elegit.



elegerit ad Apostolatū. PRIMAE enim fuit, quia vult Deus, omnia sibi præstita obsequia honorare: & quoniam Barfabas, in magno iam erat honore & autoritate inter discipulos, ob opinionem Sanctitatis, cuius causâ cognominabatur Iustus, & hoc cognomine ab omnibus appellabatur, voluit etiam Mathiam honorare, qui tale cognomen non habebat; sed aliud valde gloriosum, Apostoli scilicet illi tribuit, ut omnes illum etiam hoc nomine venerentur. ACCREDIT, quod Mathias cum esset aliàs vir Sanctissimus, erat simul humillimus; qui Sanctitatē suā studiosè occultabat, ut altiora humilitatis fundamenta iaceret; ac propterea non erat affectus honorificum illud Iusti cognomen, cumque sit Christo Domino nostro familiarissimum, a

a Luca. i. 52.

c. 14. 11.

b Psal. 112. 7.

exaltare humiles, & b suscitare à terra inopem, & de stercore erigere pauperem, ut collocet eum cum principibus; cum principibus populi sui, ita voluit exaltare & honorare Sanctum Mathiam, dignitate principis in ecclesia sua, quæ id insinuat, se sentire de Sancto Mathia, cum in eius festo die, euangelium legit, in quo Christus Dñs dixit: c Confiteor tibi Pater, quia

c Matt. 11.

25.

abscondisti hæc fidei mysteria, à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis & humilibus; & paulo post inuitat omnes, ut ab ipso discant mites esse & humiles corde. O Deus altissime,

d Psal. 26.

d qui in altis habitans, humiles respicis, qui versantur in terra, respiciens me oculis tuæ misericordiz, fac me humilem corde, sicut fuit

V. Part. Med.

O

Filius



Filius tuus dilectissimus, ut illum hic in humilitate imitans, dignus fiam obtinere partem eius exaltationis in coelo.

## III.

e Genes. 48.  
14.

f Matt. 20  
16.

g Luca. 10.  
21.

TERTIA causa fuit, ut discamus iudicium nostrum Diuinis iudicijs subijcere; quæ aliam sæpè viam tenent, quàm nostrum. Nam in hac designatione Apostoli, ut ex ipso textu apparet, primo loco posuerunt Barfabam, secundo autem Mathiam: Deus autem e *commutat* *anus* *manus*, sicut Iacob, ut his duobus Filijs benediceret, primo relicto, secundum elegit. non quod Barfabas indignus fuisset, sed ut intelligamus, in his donis gratiæ, facere Deum quod ipse vult, quia ita vult, & ita illi placere: ideoque sæpe in illis, *primi sunt nouissimi, & nouissimi primi*, iuxta illud, *git a pater, quia sic placitū fuit ante te*. Nec quisquā propterea conquiri potest, quia omnibus dat Deus, quod necessarium est ad ipsorum salutem; in alijs vero fauoribus extraordinarijs, & supererogationis, sine cuiusque iniuria, agit pro libitu.

Ex quo deducam, sicut Iustus Barfabas, nec indignatus nec questus est, nec inuidit suo socio; sed, quod iustus esset, Diuinæ se voluntati conformauit; eodemque modo Sanctus Mathias, dignitate accepta, non euauit, nec socium suum cōtempnit; potius, ex animi demissione, inferiorē se illo, in iustitia & sanctitate existimauit: ita ego, si me videro relinquere & minoris fieri quàm alij, facere debeo, quod Barfabas; & si videro me alijs præferri, facere debeo, quod Sanctus Mathias; voluntatem

scili-



scilicet meam Diuinę omnio subijciendo, hinc  
*cuius manibus sunt sortes mea, & cuius prouidē-*  
 tia euenit, vel præferri, vel reijci; & parui,  
 aut magni fieri; mihi que persuadebo, quando  
 huiusmodi aliquam gratiam à Deo accipio,  
 non id fieri, quòd ego sim sanctior; sed vt esse  
 contendam: & forte, quia sum debilior; ac  
 propterea extraordinarijs huiusmodi auxilijs  
 indigeam: debeo autem præ omnibus, gaude-  
 re de ijs, quæ Deus facit, etiamsi in meum ce-  
 dant contemptum: nihil siquidem maiorem  
 consolationem mihi adferre debet, quàm Di-  
 uina & æterna Dei ordinatio. Et hæc est excel-  
 lentissima animi dispositio, ad recipiendam  
 Sancti Spiritus plenitudinem, sicut hi duo viri  
 receperunt. Gratias tibi, Pater supreme, ob oc-  
 cultam prouidētiam, qua tua dona electis tuis  
 distribuis; omnes quidem honorando & ditā-  
 do, licet hos plus quàm illos, pro tuo libitu:  
 Ego tua occulta iudicia veneror, certus quòd  
 sint iustissima. Gaudeo de gratijs omnibus tuis  
 seruis collatis, & quod alij maiores accipiant,  
 quā ego; siquidē tibi ita placet. Id verò supplex  
 omnino oro, ne mea peccata, manus tuas, alio-  
 quin liberalissimas, ligent; reliqua omnia Di-  
 uinæ tuæ prouidētiae committo, siquidē quid-  
 quid mihi donaueris, etiamsi paruum, excedit  
 merita mea; sufficitq; mihi, à manu tua proue-  
 nire, quidquid illud sit; vt magnam ego gratiā  
 reputem, & me ipsum animem, ad te propter  
 illud glorificandum in æternum. Amen.



## MEDITATIO XXII.

DE INGENITI BENEFICIO quod Deus contulit mundo in aduentu Spiritus Sancti, & in quem finem sit missus.

**A**NTHE Meditationem eorum, quæ refert Sanctus Lucas de ipso Spiritus Sancti aduentu, statui hanc Meditationem præmittere, ut melius intelligatur excellentissimi huius doni magnitudo, & circumstantia, quibus fuit datum, & quis sit qui Spiritum Sanctum datur, quibus, propter quæ motiua, & in quos effectus & fines.

## PUNCTVM I.

I.

**P**RIMUM ergo considerandum, æternum Patrem, accedente statuto die, decreuisse mittere in mundum personam Spiritus Sancti, idque ob triplicem causam.

Ioan. 14. 26  
Paracletus  
Spiritus S<sup>a</sup>  
ctus, quem  
mittet Pa-  
ter in nomi-  
ne meo.

**P**RIMA fuit, ob suam infinitam bonitatem & charitatem, quæ, ut ipsum permouit, dare nobis Filium suum Redemptorem, ita eum induxit, ut Spiritum sanctum mitteret sanctificatorem, idque merè gratis, & ex mero amore, nullis nostris meritis; potius nobis ob multas causas immeritis; siquidem cum mundus adedò indignè personam Filij tractasset, indignus erat, cui Spiritus Sanctus daretur, quare ut Christus ipse Dominus, dixit

Nicode-



Nicodemo a sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; ita nobis dicere licebit, sic mundum dilexit, vt ei Diuinum suum spiritum daret, qui æquè bonus est atque Filius, & atque ipse Pater: siquidem ipse cum vtraque persona est vnus Deus. **SECVNDA CAUSA** fuerunt merita Christi Domini nostri, qui morte & passione sua hoc donum nobis est promeritus, sedensque ad dexteram Patris hominum agit aduocatum; & vulnera sua illi ostendens, instat, vt Verbum quod ipse dedit adimpleatur. Promiserat autem, *be ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis:* fuitque hæc petitio adeo efficax apud Patrem, vt mox illam exaudiuerit, vt labores eius, qui optimè ipsi placuisset, hoc etiam præmio afficeret. **TERTIA CAUSA** siue motiuum, fuit propria nostra necessitas & miseria, quæ huius Patris misericordiarum viscera ad commiserationem commouit, vt vltimum in omnibus malis auxiliatorem mitteret, qui erat Spiritus Sanctus: quare *misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & Iustitia & Pax osculatae sunt,* & conuenerunt, vt hanc missionem impetrarent, **IUSTITIA**, ex parte Christi Domini nostri, qui id fuerat promeritus; **MISERICORDIA**, ex parte bonitatis Dei, ad nostram miseriam attendentis. Gratias tibi, supreme Pater, ob tuam infinitam charitatem, quæ te ad infinitum hoc donum nobis dandum permouit; & totum bonum quod à te procedit. Dedisti nobis Filium tuum, qui ab

a Ioan. 3. 16.

b Ioan. 14.

16.

c Psal. 84.

11.



intellectu tuo procedit, tanquam verbum tuum; nunc etiam mittis Spiritum Sanctum, qui à tua voluntate sicut amor tuus procedit. Quid tibi Domine reddam pro adeo pretiosis donis? accipe quæso intellectum & voluntatem meam, cum omnibus actionibus, quæ ab eis procedunt, ut omnes ad tuam gloriam cedant in æternum, Amen.

## II.

*¶* MITTIT etiam nobis Spiritum Sanctum, eumque largitur Iesus Christus Dominus noster, Filius Dei vivi, à quo simul & Pater, Spiritus ipse Sanctus procedit; Sic adimplens quod prædictum erat, *ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*, cum Spiritum Sanctum misit; in quo cælestia omnia dona continentur. Cuius Christi Domini motivum, præter bonitatem & misericordiam eius, nostramque necessitatem, fuit, ut Spiritus Sanctus manum ultimam imponeret, ac omnino perficeret mundi Redemptionem, promovens opus, quod ipse Christus inceperat, sicut ipse in sermone post cenam significavit, ut paulò post dicemus.

*¶* Hoc AFFECTU petam à Christo Domino nostro, ut mihi mittat Spiritum Sanctum, dicens; O mundi Redemptor, qui tanti fecisti fopis consummare, quod tibi Pater dedit, ut faceres, cupiens, tua opera esse perfecta; da mihi, quæso, Diuinum Spiritum, ut cõsummet in me opus, quod tu cœpisti, applicans mihi efficaciter, copiosa tuæ Redemptionis fructus.

## III.

DE NI QU E considerandũ, quãuis Pater & Filius



Filius nobis mittat Spiritum Sanctum, ipsum tamen etiam se nobis dare. ipse enim & dator est & donum, ob insignem eius in nos amorē: & quia à Patre & Filio, tanquam amor procedit, donas nobis amorē suum, etiam seipsū donat, ideoq; petere ab ipso possumus, ut seipsum cōmunicet nobis; ac donet. O Spiritus Diuine, te ipsum mihi dona; quia nihil præter te, satiare me potest. O Dator munerū, da mihi munus omnium maximū, quod es tu; nā te ipsum dans, omnia tua dederis; & quoniā proprietas tua est, esse donum, ostende te erga me donum, dans quod tu es, ut ego dem tibi, quod sum.

## PVNCTVM II.

**C**ONSIDERANDI sunt iam fines, ob quos Pater & Filius, Spiritum Sanctum nobis mittūt. quos intelligemus ex ijs, quæ Christus Dominus noster in sermone post cœnam dixit. *Primum*, venit Spiritus Sanctus, ut Christo Domino nostro succedat in officio *protectoris, Aduocati, & consolatoris*; exercens illud inuisibiliter in Apostolis, sicut ipse Christus visibiliter faciebat in eisdem: & ita illis dixit, *a ego rogabo Patrē. & alium Paraclitū dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum*, qui curam vestri geret, erit vester Patronus, & Protector in vestris ærumnis, Consolator in vestris tristitijs, aduocatus & intercessor in vestris necessitatibus, *b postulans pro vobis gemitibus inenarrabilibus*, quatenus vos impellet, & permouebit ad orādū & petēdū, quod vobis expedit. Qui Paraclēt<sup>o</sup>, quoniā inuisibiliter veniet,

a Ioā. 14. 16

b Rom. 8  
26.



nunquam a vobis recedet, sicut ego recedo  
 praesentia corporali; sed permanebit vobiscum  
 in aeternum. Gratiastibi, O mundi Redemptor,  
 quod talem nobis in tua absentia dederis  
 successorem, qui sit nobis fortis protector,  
 dulcis Consolator, & sollicitus advocatus.  
 O Spiritus Sanctissime, veni ad seruum  
 tuum, qui te suspirat; esto mihi in pugna &  
 periculis protector, & in afflictionibus con-  
 solator; & ut patronus, age meas partes in  
 omnibus meis necessitatibus; impellens me,  
 ad ita ferventer orandum, ut earum remedium ob-  
 tineam. **DE INDE**, dat nobis etiam Christus  
 Dominus Spiritum Sanctum, ut succedat ei in of-  
 ficio Magisterij; docens nos, & repetens in  
 corde nostro doctrinam, quam ipse ore suo  
 praedicavit: & ita dixit Apostolis; *cum ve-*  
*nerit Paracletus Spiritus Sanctus, quem mittet*  
*Pater in nomine meo (hoc est loco mei, & pro-*  
*pter me) ipse vos docebit omnia, & suggeret vo-*  
*bis omnia, quaecumque* haecenus dixi, & in posterum  
 dixero vobis: quasi diceret, docebit vos omnia  
 quae ad salutem & perfectionem vestram, vo-  
 bis expedient, & ad vestrum munus explen-  
 dum; quorum tamen *multa non potestis por-*  
*tare modo*. Quaecumque praererea vel audie-  
 ritis, vel legeritis, aut ex mea doctrina didice-  
 ritis, ea suggeret vobis omnia, & in memori-  
 am revocabit, quando id opus erit; repetetque  
 & conferet intra vestrum Spiritum, ut neque  
 ex ignorantia, nec ex oblivione, in aliquo de-  
 ficiatis, quod vobis convenit. Et haec institutio

c. *Joan.* 14.  
 26.

d. *Joan.* 16.  
 12.



nō erit arida & purè speculatiua, sed succosa, & plena deuotione: & ideo S. Ioannes dixit, *quod e eius vnctio docet nos de omnib⁹*. O Magister cœlestis, qui absq; strepitu verborū, memoriā imples veritatibus, & intellectū illustras, vt eas cognoscat ita, vt etiā ad eas afficiatur. Veni, visita rudem animam meam, ignorantem, & obliuioni obnoxiam; & qui Spiritus es veritatis, ita illam doce omnem veritatem, vt falsitatem omnem, & mendacium repellat; ita te illi assistente, vt omnia, quæ cognoscere opus erit agnoscat; neq; eorum obliuiscatur, cū ad executionē veniendum est.

1. Ioan. 2.  
270

TERTIO datus est Apostolis Spiritus Sanctus, vt internè illis *f testimonium daret de Christo*, quis esset; vt & ipsi postea publicè, mundo idem testimonium redderent, (sicut ipsemet Christus, dum viueret inter homines, etiam de seipso testimonium dederat) & se tanquam testes veritatis, qui ab initio cum ipso fuissent, ad Martyrium se offerrent; exponentes vitam suam pro illius veritatis testimonio, quando id ita opus esset. INGRADIENTIS itaque Spiritus Sanctus in cor iusti, hoc præstat officium, vt illi testimonium reddat, quis sit Christus, luce sua ita illum illustrans, vt credat, illum esse Deum & hominē; Saluatorem & vnicum remedium suum; & vt magnam de eo concipiat æstimationem; eundem ex toto corde amet, & ad eius imitationem excitetur, mouensq; eum, vt opera exerceat ad eò Sancta, & interdum ad eò prodi-

III.  
1. Ioan. 15.  
26.



giosa, vt illa ipsa testimoniū reddat de Christo, quē ille imitatur. O Saluator mi, mitte super me Spiritum veritatis, qui à te, & à Patre procedit, vt abundantia suæ lucis, faciat me internè cognoscere, quis tu sis, ita vt etiam te diligā, & talia faciā opera, per quæ Pater tuus glorificetur; tu verò ab omnibus cognoscaris; & sis apud omnes in honore. Amen.

## IV.

g Ioan. 16. 8

DENIQUE venit Spiritus Sanctus, vt huius mundi vitia reprehēdat, ac corrigat, eumque de eis conuincat; ac de victoria, quā Saluator contra Dæmonē obtinuit: sicut idē officium præstitit Christus, cum in mundo prædicaret, ideoq; Apostolis suis dixit, *g cū venerit ille Paraclitus, arguet mūdū de peccato, & de iustitia, & de iudicio;* quasi induēs personā vestrā, arguet per vos mūdū de peccatis eius, & infidelitate, cōvincēs eū, quòd malefaciat, nō credendo in me; & non seruando legem meā. Rationibus quoq; ac testimonijs eū conuincet de iustitia, & sanctitate vitæ meæ, ac legis, & doctrinæ meæ. Et vltimò etiā conuincet, & cognoscere faciet, iudiciū, quod ego fecerim contra peccatū, damnans Dæmonē, eumq; de mundo expellens; damnans iniquitatem & approbans iustitiam. Hoc idē facit Spiritus S. internè in abbreviato cuiusuis hominū mundo. eius enim officiū est, arguere malum quòd quisq; facit, eūq; exhortari ad bonū & æquū, quòd facere debet; illum etiā docere iudiciū, quod merito facere debet inter bonū & malū, Christū & Dæmonē; vt bonū amplectā

sequa



sequatur Christū; detestās malū; fugiat Dēmonē. O Spiritus Sanctiss. veni in abbreviatū hūc animæ meæ mundū; argueq; illam & couince de suo peccato, & de tua iustitia, doceasq; rectū iudicium facere. non enim te minus verū Consolatorē & aduocatū ostendis, quando vicia mea reprehendis amanter, quā cum tuarum consolationū delicias illi comunicas.

## PUNCTVM. III.

TERTIO est considerāda infinita huius doni, quod nobis datur, magnitudo, Spiritus S. videlicet, qui per excellētiā appellatur *a Donū Dei altissimi*, est enim omniū donorū maximus & eorum fons & origo. nō itaq; est contentus Deus noster, dare nobis gratiā & charitatem, ceterasque virtutes supernaturales, & septem ipsius Spiritus Sancti dona; ipsum etiam principium & causam reliquorum nobis dat, vt nos conseruet, regat, augeat, & perficiat sicut qui fontem habens non contentus esset, aquam fontis alijs dare; sed ipsum quoque dat fontem, ex quo perpetuo fluit aqua. Et propterea Christus Dominus noster, loquens *b de Spiritu, quē accepturi erant credentes in eum*, dixit: *Qui credit in me*, sicut dicit Scriptura: *flumina de ventre eius fluent aqua viua*. Et quo intelligeretur, hæc flumina fore perpetua, dixit: *c aqua quā ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā aternā*. O Spiritus Sāctissime, qui es *fluuius aquæ vitæ, splēdid⁹ t̄ aquā cristallus, procedēs de sede Dei & agnī, in medio plateæ ei⁹, eā irrigās; & lignū vitæ, afferēs fructus duodecim*

Per 1

a Eccles.

s. Tho. p. 1. q. 38.

b Ioan. 7. 39.

c Ioan. 4. 14.  
d Apocal. 22.



e Galat. 5.  
22.  
Spiritus  
Sancti fru-  
ctus.

per menses singulos reddens fructum suum, & fo-  
lia ligni ad sanitatem gentium: veni ad parvam  
hanc animæ meæ civitatem, irriga illam co-  
piofis tuis gratijs, & produc e duodecim tuos  
fructus in ea, Charitatem, gaudium, pacem, pa-  
tientiam, benignitatē, bonitatem, longanimita-  
tem, mansuetudem, fidem, modestiam, continen-  
tiam & castitatem. Ne verò hi fructus are-  
cant, aut marcescant, assiste mihi semper, il-  
los in suo virore conseruans, & augens per-  
fectionem, vsque ad vitam æternam Amen.

f Rom. 8.  
32.

EX CONSIDERATIONE tati huius do-  
ni, magis fiduciam concipiam, quòd sic mi-  
hi daturus Deus quidquid ab illo petiuero.  
Nam qui dat quod pretiosius est, dabit pro-  
culdubio quod est minus, iuxta illud Apосто-  
li, *f qui pro nobis tradidit Filium suum, quomo-  
do non etiam cum illo, omnia nobis donauit?* Ita  
licebit nunc dicere, qui Diuinum Spiritum  
nobis donat, quomodo non donaturus est no-  
bis omnia, quæ ab illo petemus, si in eiusdem  
Spiritus virtute: & per merita filij, per quem  
ille datur, ea petantur? Huic confidentiæ ad-  
iungam desiderium intimum, vt Spiritus San-  
ctus, in me producat duodecim prædictos fru-  
ctus, perpendens, quid quisque illorum sit, &  
singulos propria petitione petens; Et primus  
quidem petam CHARITATEM dicens: O  
Spiritus Diuine, qui es ipsa *g charitas, & qui  
manet in Charitate, in te manet, & tu in eo, effu-  
dit in me hanc Charitatem; vt te diligam, & co-  
piofos amoris fructus proferam: Et in eun-*  
der

g 1. Ioan. 4.  
16.



dem modum reliquos fructus peram, & septē illius dona, de quibus paulò post faciemus Meditationem.

## PUNCTVM IV.

**Q**VARTO considerandum, qui sint illi, quibus tantum hoc donum confertur: ut ex hoc, magis elucescat Diuinæ liberalitatis magnitudo. Perpendam itaque, etsi magna fuerit largitas, donum hoc dare pauperibus piscatoribus, Idiotis, & Pusillanimibus, & alteri hominū multitudini minoris adhuc momēti, maiorē tamē adferre admirationē, quod omnibus nationibus & populis totius vniuersi, Iudæis gentilibus & Barbaris illud offerre voluerit, nullo homine excluso, quantumvis vili & despecto, etiam qui maximus prius fuisset peccator, modò vellet se disponere ad illum recipiendum. Nam ut Sanctus Petrus dixit: *a non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, & accipiet Spiritum Sanctum: & ita re ipsa dedit illum multis, qui participes fuerunt, & rei Crucifixionis Filij ipsius, & innumeris alijs qui serpentes & bestias terræ, tanquam Deos colebant; ita ut qui prius erat Satanæ habitatio, & spelunca Leonum & Draconum, idem sit nunc templum Dei viui, & habitatio Diuini eius Spiritus; in quo ille, cum donis suis requiescit, sic adimplens, quod per Ioëlē Prophetam promiserat; b effundam Spiritum meum super omnem*

c Actuum  
10. 34

b Ioel. 2. 28.

nem



e Genes. 6.3.

nem carnem. O Dei nostri liberalitatem infinitam! quo ultra progredi potuit liberalissima eius misericordia, quam ut ita profuse Spiritum adeo pretiosum effunderet, in vasa adeo vilia, atque sunt homines. Num Domine non tu es, qui olim dixisti, *et non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est?* quomodo ergo nunc dicis, *effundam spiritum meum super omnem carnem*; si iocutus fuisses de tua sola carne, quæ Diuinæ tuæ personæ est vnita, rectum erat super eam effundere tuum Spiritum: quia talem carnem, tali Spiritus decebat; sed asseueras te *effusurum spiritum tuum, super omnem carnem*; quæ carnalis est, ut nihil aliud scire videatur quam bellum gerere, & contradicere tuo Spiritui; quomodo ergo Diuinum adeo Spiritum, vis coniungere carni, adeo terrene rebellis? O immensa Charitas, & liberalitas incomprehensa! Non vult Deus Spiritum suum dare ei, qui est caro, & secundum carnis leges vitam suam instituit, repugnans legibus Spiritus: sed si is, qui caro est, carnalem suam vitam velit mutare, & dolere de temporali vitæ ratione consumpto, Deus effundet super talem Spiritum suum, qui viuificet carnem; ut vitam ducat Spiritualem, tali Spiritu dignam. Gratiâ tibi Pater misericordiarum, ob infinitam bonitatem, quam ostendens tantum donum adeo vili creaturæ, atque est homo: & Spiritum Diuinum, cum misericordia nostra carne iungens. Si vis tuam misericordiam



diam in his donis plurimum, splendere: En me hominem, qui totus sum caro; sed cupiens tamen, tuo Spiritu vivificari; a mihi illum, Domine, gratuito, ut habitet in me, & anima mea te glorificet, ob supremum beneficium, quod in eum confers, qui adeo indignus erat, qui illud reciperet.

## MEDITATIO XXIII.

DE MODO QVO SPIRITUS Sanctus super discipulos venit in die Pentecostes.

## PUNCTVM I.



VM compleverunt dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. *a Admum, 2.1.*

CIRCA hæc verba consideranda sunt mysteria, quæ latent in loco, tempore, ac die, quo venit Spiritus Sanctus, & in conuentu Personarum super quas venit.

PRIMUM itaque considerandum, eiusdem Spiritus Sancti instinctu, conuenisse in die Pentecostes omnes Christi discipulos, & Beatissimam Virginem eius Matrem, in Domum & cænaculum; in quo solebât aliàs cōuenire; qui nimirum erât centum & viginti, ut paulo superius retulit Sanctus Lucas. Omnes verò vnâ clamabant, orantes Patrem æternum, per merita Filij sui, & ipsum quoque Filium, ut promissum Spiritum Sanctum mitterent:

I.



rent: quorum orationes, fuerunt per sanctos Angelos ante Deum præsentatæ; quæ coniunctæ petitioni ipsius Filij, qua homo erat, fuerunt exauditæ, ac decretum, vt illo die daretur quod petebant: quia nullus est ad eum prolixus terminus, ad quem tandem non accedat, qui petendo perseuerat, & patienter sperat aduentum Domini.

## II.

*Supra Meditatione*  
20. *in 4 par. Medit.*  
10.

DAINDE perpendendum, hanc domum & cænaculum, (vt iam alias est dictum) re præsentare Ecclesiam vniuersalem, in qua se recipiunt quicumque sunt discipuli Christi, vniti eadem fide, & cultu eiusdem Dei, & obseruantia eiusdem legis. Et sicut hoc die datus est Spiritus Sanctus ijs, qui in eâ domo coniuncti erant, non verò ijs, qui erant extra; Spiritus Sanctus, ijs tantum datur, qui in suam Ecclesiam manent, & se ad illum recipiendum disponunt; nec vllus vnquam illum recipiet, qui extra illam fuerit. sicut enim

b *Genes. 8.* columba, non inuenit extra arcam vbi requiesceret spes eius; ita Spiritus Sanctus, qui per columbam significatur, non inuenit, in quo habitet extra Ecclesiam, quæ per c *Noe arcam*

c *1. Petri. 3.* significatur; & ideo Christus Dominus noluit

d *Ioan. 14.* dixit: d *mundum non posse recipere Spiritum Sanctum*, mundum appellans Congregationem eorum, qui ipsius fidem negant, doctrinam repellunt, & legi resistunt. Hoc me extare debet, ad ingentes gratias Deo agenda

quod me ad Sanctæ suæ Ecclesiæ domum duxerit; in qua, nisi ego mihi deesse velim



accipiam Spiritum Sanctum, si me oratione  
& ea vnitione me præparauero, quam Sancti  
Apostoli habuerunt.

TERTIO causam exquiram, cur venerit  
Spiritus S. illo die Pétecostes, (qui erat festum  
Iudæorum, institutum in memoriã legis, quã  
De<sup>9</sup> dederat illis in môte Sinai, & celebraba-  
tur die quinquagesima post Pascha Agni) cau-  
si igitur fuit, ad significandum, quod Spiritus  
Sanctus præcipuè veniret ad imprimendam in  
animis hominum legem gratiæ, quam Chri-  
stus prædicauerat, & ita finem imponere an-  
tiquæ legi, quæ fuerat eius figura: ideoque ip-  
so die, quo illa fuit data, fuit hæc altera pro-  
mulgata; quamuis alio modo: nam vetus illa  
erat lex timoris; ideoque data fuit, e cum au-  
diveretur tonitrua, micarent fulgura, clangor que  
buccina vehementius perstreperet; vt totus po-  
pulus timuerit, Deus quoq; mortem populo mi-  
natus est, si terminos præscripto transcenderet,  
quando lex ipsa dabatur. Scripta fuit etiã in  
tabulis lapideis; eò quòd esset grauiissima, &  
daretur hominibus duræ cervicis, & indurati  
cordis: At lex noua, est lex amoris, g quã sua-  
uissimè scripsit ipse Spiritus Sanctus in visce-  
ribus hominum, & in tabulis cordis eorum, h  
auferens cor lapideum, & dans cor carneum,  
vt Spiritus ipse Sanctus, esset in medio eorum,  
sicut per suos Prophetas facturum se promi-  
serat. O supreme Pater, cuius manus est filius  
tuus, qui à te procedit, per quem creasti om-  
nia, & cuius digitus est Spiritus S. qui ab vero-

III.

Exod.  
19. 16.Exod.  
24. 12.  
Jer. 31. 33.Hebra.  
10. 16.Ezech.  
36. 26.

V. Part. Medit.

P

que



i Psal. 103.  
30.k Prover. 3.  
& c. 7. 3.

que procedit; per quē *renouasti faciē terra,*  
 scribens per ipsum Sanctam tuam legem in  
 cordibus hominum; scribe eandem in meo,  
 eodem dexteræ tuæ digito, idq; ad eō fortiter,  
 vt nunquam ex eo deleatur, & siquidem mihi  
 iubes, vt *k eandem ego legē in tabulis cordis meo*  
*describam,* & amore ad eius executionem co-  
 operer, da mihi quod iubes, vt sic exsequar si-  
 cut tu vis.

l Leuit. 25.  
10.

VBNIT etiam Spiritus Sanctus die quin-  
 quagesimo, post Christi Passionem & Resur-  
 rectionem, vt significet, se ad eō abundāti suo  
 aduentu, concedere *l Iubileum Plenissimū,* quod  
 numero quinquagesimo notatur, & plenaria  
*remissionem* omnium debitorum & peccato-  
 rum, in virtute Passionis Redemptoris nostri.  
 Ideoque Ecclesia de Spiritu S. dicit, quod ipse  
*fit remissio omnium peccatorum.* O Spiritus S.  
 ctissime, veni cum plenitudine in animā me-  
 am, & plenissimum Iubileum illi concede,  
 remittens ei omnia peccata, à quibus expecta-  
 tz, conscendat magno Iubilo ad gaudia tu-  
 æteræ gloriæ. Amen.

## PUNCTVM II.

a Act. 2. 2.

a **E**T factus est repente de celo sonus tan-  
 quam aduentus Spiritus vehementis.  
 In singulis hisce verbis, aliquod exprimitur  
 mysterium, aut proprietas aduentus Spiritus  
 Sancti in animam, per inspirationes, quæ ipse  
 us in eam ingressum præcedunt; quæ sunt mo-  
 tus quidam repentini, quos in anima per-  
 sentimus, & instar fulguris, aliquam fidei

verita



veritatem nobis aperiant, & instar scintillarum ignis calefaciant nos, & trahunt ad id quod est bonum & sanctum.

**PRIMUM** venit iste sonus *repente*, ad insinuandum, inspirationem & visitationem Divini Spiritus, nec diem habere, neq; horam certam designatam; sed venire quando homo minus cogitat, & quando, & quomodo ipse Spiritus vult: ut enim ipse Christus Dominus dixit, *b spiritus ubi vult spirat*. Nam (ut postea dicemus) sola sua misericordia inspirat. Quare semper orandus est, ut veniat, & eius adventus expectandus, die & hora, paternæ ipsius providentiæ relictis: veniet enim quando mihi magis expediet, licet quodocunque venerit, mihi sit futurum repente.

I.

*b Ioan. 3.8.  
Medit. 26.*

II.

**DEINDE** sonus iste venit *de caelo*, non ab Oriente, aut Occidente, nec à Septentrione, aut à Meride huius terræ; ad insinuandum, Spiritus Sancti inspirationem, non esse à terra, nec vires in ea esse, ad talem Spiritum excitandum; sed ab ipso caelo descendere: quia (ut Sanctus Iacobus ait) *c omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum*. **DATUM OPTIMUM** per excellentiam, est Filius; & **DONUM PERFECTUM** per excellentiam, est Spiritus Sanctus; ideoque quæcunque data & dona ab eis procedunt, descendunt de caelo à Patre æterno, à quo & Filius & Spiritus Sanctus procedunt.

*c Iacobi. 1.  
17.*



O Pater luminum, mitte mihi ex alto datum hoc optimum & donum perfectum: Veniat de caelo ventus hic Diuini tui Spiritus, qui me rapiat, & ad locum illum deducat, ex quo ipse exiit.

III.

TERTIO, sonus hic fuit Spiritus aut ventus ad insouandum, Spiritum sanctum, inspiratione sua, efficere in nobis admirandos alios quos effectus, ipso vento significatos. Nam inspiratione ipsa dat & conseruat in nobis spiritualem gratiae vitam; eadem respiramus & mortificatur nostrarum concupiscentiarum ardor: illa nos mundat ac purgat, separans in animis nostris pretiosum à vili, granum à palea, & quod bonum & perfectum est à malo & imperfecto; illa nos mouet & impellit ad vitium fugiendum, & sequendam virtutem. Vt itaque aëre viuimus & respiramus, nec sine eo viuere possumus; ita in Domino ipso Spiritu & eius virtute, c. viuimus, mur, & sumus in esse gratiae, & sine eo, nec habere nec cōseruare possumus hoc esse, & hoc viuere. O vite Spiritus, qui spiras & insufflans per interfectos, quos vidit Ezechiel. statim illi reuiuificasti: Veni & inspira super animas, & peccatū mortuas, vt gratiā tuā illas reuiuifices. e veni Auster de caelo, & perfla hortum animarum mearum, vt inspiratione tua, ex virtutum arboribus, fluant aromata fragrantium actionum ad gloriam ipsius Dei, & proximorum edificationem.

e Actuum.  
17. 28.

d Ezechi.  
37. 10.

e Cant. 4.  
6.

f Dani. 3. 50

O Deus æterne, qui fecisti medium forn



*ci, quasi v̄tum roris flantem, ne ignis contrista-  
ret, aut molestiam aliquam inferret tribus pueris  
in eam cōiectis. mitte in me temperatum Diui-  
ni tui Spiritus ventum, vt flammās temperet,  
ardentes in fornace meæ sensualitatis, & om-  
nes animæ meæ facultates excitentur ad tuas  
continuas laudes, Amen.*

QUARTO, fuit Spiritus VBHEMENS, IV.  
ad notandum imperum & feruorem, quo Spi-  
ritus Sanctus impellit ad opera virtutum, vi  
quadam suauī ac beneuola; nō vt coacti, & re-  
pugnante nostra voluntate, sed vt libētissimè  
ea faciamus. odit enim torporem & pigritiā; *g Lib. 2.  
quia vt ait S. Ambrosius, g nescit tarda moliri in Luc.*  
*na Spiritus S. gratia.* ingressus enim animā, de-  
ducit illā instar nauis, quæ prospero & ad pup-  
pim, vt dicitur v̄to, sine defatigatione, & ma-  
gna velocitate impellitur: quia & ipse est hui⁹  
nauis gubernator, qui eam ad portum & locū *h Rom. 8.  
destinatū dirigit. Et de huiusmodi dixit Apo- 14.*  
*stolus, h qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filij  
Dei.* O Spiritus Diuine, qui dilectissimos Fi-  
lios tuos, vehementissimè ad opera virtutis &  
Sanctitatis impellis; veni super animam me-  
am, tanquam Spiritus vehemens, & ad omnia,  
quæ tibi placent, vehementer impelle; in om-  
nibus vijs suis illam gubernans, vt ad æter-  
num gloriæ tuæ portum tandem perueniat.

VLTIMO Spiritus h̄c vehemens, ingen-  
tem SONNVM, tonitruī similem excitauit, qui  
per totam Ciuitatem fuit auditus: ad instau-  
andum, quod aduentus Spiritus Sancti, in  
V.



iustis, & per eos, talia efficiat opera, ut in  
 toto mundo audiantur, ob admirandum vite  
 exemplum, & interdum ob ingentia prodigia,  
 & præcipue ob vim verbi, & prædicationis ip-  
 forum, sicut apparuit in Apostolis, de quibus  
 scriptum est, quod *in omnem terram exiuerit*  
*sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.*  
 & ob eam causam Christus Dominus, duos  
 suis discipulis *Boanerges*, hoc est *Filos ton-*  
*trui* appellavit, quia instar tonitruus cuiusdam  
 prædicandum exiuerunt per orbem. O Dilecti  
 mi, sonet vox tuæ inspirationis in auribus  
 meis; ut talia per illa opera faciam, quæ in uniuersis  
 orbe audiantur, ad proximorum ædificatio-  
 nem, & illos excitandos, ad te glorificandum  
 in sæcula. Amen.

## PUNCTVM III.

a **E**T repleuit totam domum, ubi erant seden-  
 tes. Consideranda hic sunt mysteria, que  
 continentur in illis verbis, quod repleuerit Spiritus  
 sanctus totam domum, in qua discipuli sedebant.

I.

PRIMVM MYSTERIVM fuit, ut signifi-  
 ficaretur, in lege gratiæ dari Spiritum Sanctum  
 in magna abundantia & plenitudine, ad omne  
 genus operum, exercitiorum, & ministeri-  
 rum, & ad omnes status & officia, quæ sunt  
 in Ecclesia: quia multo liberaliorem ostendit  
 Deus nunc, quam fecerit in lege naturæ, ut  
 scripta. Nam amicus quidam Iob, qui fuit  
 in lege naturæ, & Elias qui fuit in lege scriptæ,  
 perceperunt aduentum Spiritus Sancti, &

a Actuum.  
 2, 2.



quam sibilum *b aura tenuis*. nam tunc limita-  
 tos valde dabatur Spiritus, sed post Christi Do-  
 mini nostri Passionem, datur tanquam *Spiri-  
 tus vehemens, qui repleat totā domū*; quia datur  
 in magaa plenitudine, cum omni genere gra-  
 tiarum, & omni generi hominum; ita vt ipse  
 Redemptor noster, ante suam Passionem, non  
 in tanta plenitudine ipsum dederit: ideo e-  
 nim dixit Sanctus Ioannes, *c nondum fuisse Spi-  
 ritum datum, quia Iesus nondum fuisset glorifica-  
 tus*; post Resurrectionem autem *cataracta &  
 portæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia, &  
 gratiarum diluuium, quod repleuit totam ter-  
 ram, renouauit, ac fertilē reddidit*. Et ideo di-  
 xit Isaias: *e quia repleta est terra scientiâ Domi-  
 ni, sicut aqua maris operient es eam*. Gratias tibi,  
 dulcissime redemptor, quod sacratissimi tui  
 corporis cataractas aperueris, vt totum san-  
 guinem tuum pro nobis effunderes, cuius vir-  
 tute, cataractas & portas cœli aperueris, ad ef-  
 fundendum copiosum Spiritum tuum super  
 eos omnes, qui fructu passionis tuæ vti vellēt;  
 effunde illum recens nunc Domine super totā  
 Ecclesiæ tuæ domum, vt omnes denuo incipia-  
 mus feruenter seruire tibi.

REPLEUIT etiam hic Spiritus TOTAM  
 DOMVM ita, vt neque aulam, nec conclaue,  
 recessum, penetrabile aut angulum reliquerit,  
 quē non penetrauerit: vt intelligamus, Spiritū  
 S. quod in se est, vniuersim dari & offerri om-  
 nib. hominibus, in quacunq; mūdi parte, & an-  
 gulo sint; & ita impleri quod Scriptura Diuina

P 4 dicit

b Job. 4. 16

3. Reg. 19. 12

c Ioan. 7. 39

d Gen. 7. 11.

e Isai. 11. 9.

II.



f Sap. 1. 7. dicit, f quoniam Spiritus Domini repleuit orbem  
 terrarum: & quod promisit Deus populo suo,  
 g Ioel. 2. 28. cum dixit: g effundam Spiritum meum super  
 g Act. 2. 17 omnem carnem. & prophetabunt filij vestri, &  
 filia vestra, senes vestri & iuvenes vestri, visiones  
 videbunt, sed & super seruos meos & ancillas, in  
 diebus illis effundam Spiritum meum.

## III.

TER TIO ad significandum, quod quando  
 Spiritus Sanctus, cum huiusmodi vehemen-  
 tia, aliquam animam ingreditur, totam eius  
 domum, & eius familiam, facultates videli-  
 cet omnes, nulla prætermissa adimplet; nam  
 memoriam implet bonis cogitationibus, in-  
 tellectum Sanctis meditationibus & ratio-  
 nationibus, voluntatem feruentibus deside-  
 rijs & affectibus; ipsas etiam appetitiones im-  
 plet affectionibus Sanctis: tota itaque illa  
 domus plena est veritatibus, & virtutibus  
 celestibus; vt intra illam ferueant omnium  
 illarum actus & exercitationes, quales sunt  
 amor Dei, zelus gloriæ eius, fiducia de eius  
 misericordia, timor ex reuerentia tantæ ma-  
 iestatis, gaudium & exultatio de eius excel-  
 lentijs, laudes & gratiarum actiones ob acce-  
 pta beneficia, dolor de peccatis, desideria &  
 efficacia proposita obediendi Deo, & multa  
 pro illo patiendi. O Spiritus Sanctissime,  
 meam memoriam & intellectum tuis illu-  
 strationibus impleres; vt h cogitationes, quæ  
 ex illis orientur, diem festum lætissimum tribu-  
 agerent, & mihi. Vtinam voluntas & appetitio-  
 nes meæ, Diuinitate tua replerentur, vt meæ

h Psal. 75. 11

omnia



omnia desideria & propensiones, ex nunc  
essent Diuinæ, tuis in omnibus conformes, i *Apocal. 3.*  
Imple me, Domine, te ipso, vt *i mea opera ple-* 2.  
*na sint coram te Deo meo*, & nihil in eis sit va-  
uum, quod te offendat, aut tibi displiceat.

ULTIMO perpendam, Spiritum illum  
Sanctum impleuisse totam domum, vbi dis-  
cipuli erant SEDENTES; ad insinuandum, si  
velim, Spiritum Sanctum implere domum  
cordis mei; non debere me extra illam vaga-  
ri, & effundere sponte ad creaturas; sed stu-  
dere intra me ipsum ingredi, & manere se-  
dentem, & in quiete, intra conscientiam meam;  
bonis cogitationibus ac desiderijs illam, &  
me ipsum pijs aliquibus operibus occupan-  
do; & sic expectare vehementis huius Spiri-  
tus aduentum, qui omnia impleat, & abun-  
danti suo amore perficiat. HINC fit, quod su-  
pra dictum est, vt quando Deus animas vult  
visitare, prius illas recolligat, & intra se ipsas  
ducat, faciat que illas in secreto cordis sui cu-  
biculo quiete sedere: tunc enim intrat ipse,  
cum suorum donorum plenitudine.

IV.

## PUNCTVM IV.

APPARVERUNT illis dispersita lingua, a *Actuum*  
Atanquam ignis, sedit q<sup>3</sup> supra singulos eo- 2. 3.  
rum.

CONSIDERANDA Primum est causa, I.  
cur Spiritus Sanctus, datus sit in forma ignis *S. Thom. 1.*  
visibilis: quia nimirum semper eis formas ex *p. q. 43. a. 7.*  
ternas accepit, quæ referrent admirandos ef- *ad 6.*  
fectus, quos efficit in ijs qui ipsum recipiunt.



In *Baptismo* Christi apparuit in forma columbæ; ad significandam innocentiam & fecunditatem bonorum operum, quæ facienda suggerit. In *transfiguratione*, apparuit, tanquã nubes resplendens, ad significandam pluriã doctrinæ quã tradit, & protectionem quã accipit suorum electorum. In *canaculo*, a Christo fuit datus, tanquã aspiratio, ad significandam Spirituale vitã, quæ, medijs Sacramentis, nobis confertur. Sed hoc die, apparuit in forma ignis, ad significandum, quod sicut ignis *purificat*, *illuminat*, *accendit*, & *in altũ ascẽdit*, habetq; virtutũ uniedũ, estq; sui ipsius cõmunicatiuus, eas virtutũ in se quidquid ipsi coniungitur; ita Spiritus S. animas *purificat*, scoriã consumens vitiorum & peccatorum; & ab auro argenteoq; virtutum separans, scoriã stanni, defectuum & imperfectionum, quæ illis solent admisceri. *Illuminat* intellectum lumine quodam supernaturali, adeo excellenti, vt certiores eum reddat de veritatibus & mysterijs fidei, quã si corporis oculis illas videret. *Accendit* voluntates charitatis ardore, eas inflammans amore Dei & proximorum. *Eleuat* corda à terra ad res cælestes, efficiens, vt suã *uersionem in cælis habeant*, ibiq; tanquam spherã & proprio suo loco, per contemplationem quiescãt. Deniq; animas ipsas, cum ipso vnit, ita illis cõmunicans virtutes & dona sua, vt sint vnus Spiritus cum ipso, per unionẽ perfecti amoris. Hic ille ignis est, de quo Christus Dñs dixerat, *h ignem veni mittere*



terrā, & quid volo, nisi ut accēdatur? O Redē-  
ptor amantissime, imple tuū desiderū in hac  
animę meę terra, mittēs in eius mediū, Diuinū  
hunc ignē, vt consumēs quidquid in ea terre-  
num est, me trahat ad id quod est cœleste. O  
Diuine Spiritus, qui *ignis consumēs es*, con-  
sume in me quidquid tibi displicet, vt capax  
fiā lucis, ardoris, agilitatis, & actiuitatis istius  
ignis, perfectē in eum transformatus.

DE INDIA perpendenda est causa; cur ipse  
ignis fuerit figuræ *linguarū* potius, quā cor-  
diū ignitorū. Causa huius fuit, quia hic Spiri-  
tus nō dabatur Apostolis, vt ipsi soli amarēt,  
& in ignē conuerterentur; sed vt suis linguis à  
diuino hoc Spiritu motis, Christi legē, mortē,  
& passionē mundo prædicarēt; & ignis mu-  
nus exercētes, purificarent homines à suis er-  
roribus, & peccatis, eosq; lumine verę doctri-  
nę illustrarēt, & flammis charitatis accende-  
rent, eorumq; desideria eleuarēt ad res cœle-  
stes, cōiungentes eos cū Deo Domino nostro,  
per vnionē veri amoris, implente etiam ipso  
Christo per eos, quod prius dixerat: *ignē veni  
mittere in terram*, desidero vt semper ardeat.

PRÆTEREA venit Spiritus S. in nos spi-  
ritualiter, in *linguis igneis*, cū deuotionis affe-  
ctus nobis cōmunicat; quā deuotionē dicit S.  
Bernard. esse animæ linguā, quæ cū Deo loqui-  
tur: & quando Spiritus S. cu plenitudine illi  
cōmunicatur, est lingua ignea, ex qua prodeūt  
flagrantissimi affectus Diuini amoris cum  
canticis, de quibus paulo post dicemus.

b Luca 13.

49.

c Deut. 4.

24.

II.

Serm. 45.

in cant.

TER-



## III.

TERTIO est perpendendum verbum illud, **DISPERTITAE LINGUAR**, hoc est inter omnes distributæ, quo insinuat, quod dixit Apostolus, *diuisiones gratiarum sunt,*  
*1. Corint. 12.4.* *idem autem Spiritus:* diuisiones quoque variae sunt ministeriorum & operationum, ut Sapientiae, Scientiae, fidei, gratiae, Sanitatum, signa faciendi, & scripturas interpretandi, & aliae, quas diuidit ac distribuit Spiritus Sanctus pro suo libitu, membris Ecclesiae; dans illis linguas igneas, ut accepta gratia utantur. Ex quo affectus concipiam laudis & gratiarum actionis, ob dona, quae Diuinus hic Spiritus, in membra Ecclesiae distribuit; gaudens de ijs, quae fratribus meis communicauit; gratumque me exhibens pro ijs, quae mihi impertiuit: nam siue haec siue illa, omnia tendunt in meum commodum, eo modo, quo in membris corporis, naturalis, utilitas oculi censetur etiam esse utilitas manus; & manus commodum, etiam est oculi; quia vnum iuuat alterum.

## IV.

DENIQUE etiam considerandum est illud verbum, **SEDI SUPRA SINGULOS EORVM**, ut insinuet, quod ignis Spiritus Sancti, quod in se est, ita venit ex instituto, ut super nos **SEDEAT**, desiderans nunquam recedere, nisi nos illum expellamus, iuxta illud quod Christus Dominus dixit, & *Pater illium Paracletum dabit vobis, qui maneat vobiscum in aeternum*, quod si quando nos deserit, id culpam nostram accidit, nam ut ait Diuina Sapi-

entia,



entia, *f* Spiritus Sanctus disciplina virtutis ef- *f* Sapien. 1.5.  
 fugiet solum, & auferet se à cogitationibus, quæ  
 sunt sine intellectu & ratione, & corripietur à  
 superueniente iniquitate. si itaque vis anima  
 mea, vt Spiritus sanctus sedeat super te, ma-  
 neatque tecum in æternum, fuge omnem du-  
 plicitatem & fictionem; excute omnem co-  
 gitationem & affectum inordinatū, nec præ-  
 beas aditum iniquitati: cum enim sit Spiritus  
 purissimus, non vult ingredi in animā inten-  
 tione aliqua praua infectam, nec habitare in  
 corpore subiecto peccatis, nec permanere in  
 homine, instar bestię viuente, & carnis suæ  
 appetitiones sequente.

## P V C T U M V.

*a* Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto.

PRIMUM consideranda est infinita boni- *a Actuum*  
 tas & liberalitas Trinitatis Sanctissimæ, tam *24.*  
 Patris & filij qui mittunt, quàm Spiritus San- *I.*  
 cti, qui seipsum dat, cum enim, qui in cæna-  
 culo illo erant, adeo essent diuersorum meri-  
 torum & dignitatis; omnes tamen suis donis  
 repleuit, & lætitia; & omnibus ita se totum  
 dedit, vt omnes remanerent Spiritu San-  
 cto pleni & saturi; nihil tunc aliud ex-  
 tra Deum optantes, impleuit singulariter to-  
 tam domum animæ cuiusque, nullā eius po-  
 tentiarum inani relictā. NAM MEMORIAE  
 impressit Diuinas scripturas, vt earum re-  
 cordarentur, quodocunque illis vsui ef-  
 se possent; INTELLECTUI, magnam in-  
 fudit



fudit intelligentiã earum, & omnium principalium myſteriorum, quæ ſub earum cortice latent. VOLUNTATI, & cordi, vno quaſi impetu inſculpſit omnem legẽ charitatis, & amoris, ad eò exactè & perfectè, vt quamuis nec lex, nec Euangelium Scriptum, eſſet in mundo, ipſi eſſet lex viua; & lex interior impelleret illos, ad eam exactè ſeruandam; ac deniq; ex tempore, cum illis effecit officia ſua omnia. Nam inſtar iucundi venti, ſuauiſſime illos repleuit, & ſolis inſtar, lumine; & inſtar ignis, calore cœleſti; ſicut Magiſter, ſua doctrina; ſicut Medicus, perfectã & plenã ſanitate; & in momento ex timidis fecit audaces; ex imbecillibus, fortes; ex ignaris ſapiètes; ex inuidis, charitate ſeruètes; ex ambicioſis, humiles; & ex imperfectis, fecit in omni perfectione præſtâtes. *b O Mutatio dextera excelſi!* O infinita Diuini Spiritus Potètia! Nã mutatione, quã trium annorũ pugna, adhibitis tribus fortiffimis tormētis, *Prædicationis, Exemplorũ, & ſignorum* expedire non potuit, hanc hodiernæ die, in vno momento perfecit Spiritus Chriſti, & virtus de alto descendens. Mitte O bone Ieſu, hanc ſuper me virtutem, cui Diuini Spiritus, quæ me in alium planè virum conuertat, totum factum iuxta tuã voluntatẽ. Veni, O Spiritus Sãctiffime, tuiſq; donis ita me imple, vt mores meos terrenos, in cœleſtes cõmutare neque velim, aut aliquid extra te cupiã, ſi te plenus ſim, & interna tua præſentia ſatiatus.

b *Pſal. 78.*  
II.

II.

DE INDEB considerandum, quod licet om-



nes discipuli, repleti fuerint Spiritu S. alij ta-  
men alijs plura dona receperunt; sicut si duo  
vasa aqua sunt plena, q̄ mai<sup>r</sup> est, plus aque cōti-  
nens ita qui sanctiores erāt, meliusq; dispositi  
inter discipulos, maiorē Spiritus Sancti ple-  
nitudinē, & copiosiorē gratiā acceperunt; &  
quod consequēs est, Sacratissima virgo Do-  
mina nostra plus accepit gratiæ, lætitiæq; Spi-  
ritualis, quam reliqui omnes simul; Apostoli  
verò plus quā reliqui discipuli, omnes tamen  
Deū glorificabat, ob singulare illud beneficiū  
in oēs collatum. Sed, & ego gaudio exultabo,  
congratularor Beatissimæ Virgini, de tot ac-  
ceptis donis, & ingenti gaudio, quo fuit affe-  
cta, cum vidit omnes discipulos Spiritu San-  
cto repletos; ac porrò perfectissimè imple-  
tam preciosam Elij sui promissionem.

## III.

HINC etiā ingēs concipiā desiderii, præ-  
parandi me quo maximo potero feruore, ad  
accipiendum Spiritum Sanctum, quē scio co-  
piosiorē dari ijs, qui melius sunt præparati.  
PRÆPARATIO autē hæc, quatuor his po-  
tissimū virtutibus fit. *Prima* est **PVRITAS**  
**CONSCIANTIAE**; purgato scilicet vase,  
in quo Spiritus S. dona sua sit effusus. *Secun-  
da* est **HVMILITAS CORDIS**, euacuando  
scilicet illud à seipso, & ab omni Spiritu, qui  
sit contrarius ipsi Diuino. *Tertia* est **FIDV**  
**CIA** in Deum, dilatando scilicet animæ ca-  
pacitatem & sinus, nō ad mensuram meorum  
meritorū tantū, sed meritorū Christi Domini  
nostri, & infinitę bonitatis, & liberalitatis Dei

Quar-



*Quarta est FERVENS ORATIO*, qua hæc dona obtinentur, petendo à Deo, vt ea donec nō attēdens quis ego sim, sed quis ipse sit. Quo autem perfectius has quatuor virtutes exercuero, eo magis ero dispositus ad Spiritum S. eiusque dona copiosiora recipienda. O Deus altissime, qui populo tuo dixisti: *c dilata os tuum, & implebo illud; en d apertio os meum, desiderans attrahere Spiritum*, vellemq; dilatare sinus animæ meæ ad eum plenissimè recipiendum: imple eos Domine, iuxta voluntatem tuam, tuaque misericordiā amplius illos dilata, vt copiosiore capiant gratiam.

## IV.

ULTIMO perpendam etiam; fuisse omnes repletos; quia tantum acceperunt, quantum illis opus erat ad suum munus exequendū, habet enim Deus hoc in more, vt tantum cuique conferat gratiæ, quantum illi est necessarium, ad perfectè explendum munus & officium sibi commissum iuxta uitæ statum in quo illud exequi debet. Quare Sacratissimam Virginem, & Sanctum Ioannem præcursorem, & Apostolos tantā gratiā impleant, quanta dignitas & officium requirebat, quod fuerunt electi: idemque nunc facit cum ijs, quos ad statum & officia Ecclesiastica vocat, vt constabit in sexta parte.

## PVNCTVM VI.

*ET ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.*

CONSIDERANDA hīc est primum specialit

c Psal. 80.

11.

d Psal. 118.

131.

S. Thom. 3.

p. q. 7. a. 10.

2. Tim. 4.

5. Ministerium tuum imple.

a Actuum.

2. 4.

I.



cialis illa gratia, à Spiritu Sancto Apostolis infusa, cum repente eis dedit facultatē illam loquendi varijs linguis, vt in totō mundo possent Euangelium prædicare: quæ gratia non tam erat in proprium ipsorum commodum, quàm omnium hominum, qui erant in terra. Quare meritò ab omnibus laudandus est Deus, quòd hoc donum illis dederit in tantum nostrum commodum. Et attendendum, quòd, vt confusio linguarum, fuit pœna superbix; ita linguarum vnio, est præmium humilitatis: & vt superbi volentes *b* *adificare turrin, cuius culmen pertingeret ad cœlum*, confusa illorum lingua ita, vt non audiret vnusquisque vocem proximi sui, diuisi sunt à Deo in vniuersas terras: & ita cessauerunt à superba sua cogitatione: ita humiles, cupientes *c* *adificare turrin perfectionis, cuius culmen ad ipsum conspectum, & vnitionē cum Deo perueniret*, adiuti ab eo sunt, accepta vnitione linguarum, qua possent cum omnibus hominibus vniri, & suum ædificium semper promouere. O Dulcissime Iesu; da mihi verum Spiritū humilitatis, & igne tui amoris perface linguam, quam mihi dedisti; vt, quantum in me erit, iuuen erigere hanc turrin perfectionis, non solum in anima mea; sed etiam in animis meorum proximorum, ita, vt, omnes perueniamus ad culmen æternæ tuæ gloriæ. Amen.

b Genes. ii. 7.  
c Luca. 14: 28.

II.

DEINDE perpendam, Apostolos statim atque hoc linguarum donum acceperunt, vt: eo capisse, non temerè & sine causâ, sed à Spi-





d 2. Corint.  
2.17.  
Regula bene  
loquendi.

ritu Sancto instigati, eo modo & feruore lo-  
quentes, quo ille ipsis inspirabat; quam ratio-  
nem per totam vitam conseruauerunt, sicut di-  
xit Apostolus: *d non (inquit) sumus sicut pluri-  
mi, adulterantes uerbum Dei, sed ex sincerita-  
te, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loqui-  
mur; quasi diceret, quatuor circumstantias  
nostris uerbis & sermonibus adhibemus. Pri-  
ma est, ne sint ob malum aut inane finem,  
sed intentione pura, gloriae Dei, & boni, tam  
nostri quam proximorum. Secunda, ne proce-  
dant ab impetu perturbati Spiritus, sed, à bono  
Spiritu, Sancto & pacato. Tertia quod sint di-  
cta in praesentia Dei, attendentes, quod ille  
nos audiat, & sit testis eorum, quæ loquimur.  
Quarta, ne sermones nostri sint de rebus ma-  
lis aut uanis, aut ad rem non pertinentibus, sed  
sint omnes de Christo, aut rebus ad ipsum di-  
rectis, & ad eius excellentias, ut mox dice-  
mus.*

## III.

e Ephes. 5.  
18.  
Colos. 3.  
16.

**D E N I Q U E** perpendam quod cum Spiritu  
S. est in anima; statim efficit, ut interius loqui-  
tur varijs linguis, varijs uidelicet deuotionis  
effectibus, iuxta illud, quod dicit Apostolus:  
*implemini Spiritu Sancto, loquentes uobismet-  
ipsis in Psalmis, & hymnis, & cantibus Spiritus  
libus, cantantes & Psallentes in cordibus uestris  
Domino; gratias agentes semper, pro omnibus  
in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo &  
Patri. Hæ sunt variæ linguæ igneæ, quibus  
(ut 2. Par. Introductionis huius operis dictum  
est) intra nos ipsos loquimur cum Deo Domi-*

no



no nostro, cantantes Psalmos & hymnos, cum affectibus laudis & gratiarum actionis, ob ea beneficia, quæ nobis confert; amoris item, & gaudij, quod ipse sit talis: & offerentes nos ipsos, ad omnia obsequia præstanda; & prouocantes virtutes omnes, vt suos actus exercentes, concinnam musicam faciant ad gloriam ipsius. O, Si audiuissem Beatissimam virginem varijs hisce linguis in hoc die loquentem, ex Diuini Spiritus inspiratione, quàm inflammatos affectus laudum & gratiarum actioni eructauerit, & amoris igne fuerit liquefacta colloquens cum suo dilecto! O, qualis musica, tot variarum linguarum, sed valdè consonantium, audiebatur ab illis Sacris Cantoribus, in illo cænaculo, dirigente illos tanquàm capellæ Magistro ipso Spiritu Sæcto! O Spiritus Sanctissime, veni in mutam animam meam, ac doce varijs accensorum affectuum linguis loqui; & quandoquidem à me petis, vt sonet vox mea in auribus tuis; clarifica & dulciora illam; vt eius musica, iucunda tibi sit & grata in æternum. Amen.





MEDITATIO XXIV.  
DE ADMIRANDIS OPERIBUS, quæ Spiritus Sanctus in die Pentecostes per Apostolos fecit.

PUNCTVM I.

a Actuum,  
2. 5.



Rant in illa die in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione quæ sub celo est. Facta autem hac voce Spiritus vehementis, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebant unusquisque linguam suam in qua nati erant, Apostolos loquentes magnalia Dei. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?

I.

CONSIDERANDUM Primo, quod sit proprium Spiritus Sancti, sono Diuinæ inspirationis suæ, animos hominum permouere, & perducere ad locum, vbi audiant prædicatores Euangelij, vt per eorum prædicationem, Christum agnoscentes, ad Deum conuertantur. quam ob causam, infinitas ei gratias agens, supplex orabo, ne ab hoc beneficio peccatoribus conferendo, desistat; ex parte verò meam hanc multitudinem imitabor, quæ audiens Spiritum illum vehementem, non hesit dominum quasi contemnens, aut parui illum faciens; sed statim eo venit, vt videret quidnam esset, & quid prodigiosus ille sonus significaret: ita ego



ego, audiens intra me Diuinæ inspirationis vocem, nec otiosus manere debeo, nec permittere eam præterire; sed statim ad exequendum quod inspirat Deus, me accingere.

II.

DEINDE *perpendam*; Apostolos, qui collecti & in silentio, aduentum hunc Spiritus Sancti expectauerant, statim atque illum acceperunt, exiuisse ex loco illo recollectionis in publicum, & incepisse prædicare magnalia Dei, coram omnibus totius mundi nationibus; quia vis interior Spiritus Sancti, ad id eos impellebat; qui non vult sua talenta defodi in terram, & sua dona esse, vel ad momentum otiosa, sed statim ad lucem prodire, & cum illis in salutem animarum incumbere. **HIS** ergo confirmabor in eo, quod supra est dictum: quod, ut est superbiæ vitium, prodire ad prædicandum, & agendum cum animabus, priusquam virtus ex alto accipiatur; ita est vitium pusillanimitatis, postquam ea virtus accepta est, adhuc hære, & non audere in publicum prodire: vtrumque autem extremum, teste Sancto Gregorio, est periculosum.

*Medis. 17. p. 2.*

*3. p. Pastor. admon. 26.*

III.

**TERTIO** *perpendam*, quanta efficacitate & Spiritu, *Apostoli loquerentur* magnalia Dei: nam, quilibet Spiritus mouet ad loquendum, sicut ipse est: Spiritus mundi, lingua, quam David magniloquam appellat, loquitur magnalia mundi: Spiritus carnis, carnis magnalia extollit: Spiritus proprius, proprias excellentias; at Spiritus diuinus, huiusmodi granditates detestans, nec ore quidem illas vult acci-

*b Psal. 11. 4. S. Bern. Ser. de Spirit. 6. lib. de cons. sci. ad monach. Cisterci.*

Q 3

pere,



pere, nisi ut contemnat & damnat: nam vilia illa iudicat, solumque inspirat, & mouet ad loquendum magnalia Dei, eius virtutes, beneficia, misericordias, & opera ac mysteria eius; aliter de Deo & eius rebus sentiens, ut loquatur de ijs quando opus est, non frigide & animo deiecto, sed igneis linguis, & adeo admirando feruore; ut audientes, ad stuporem & admirationem prouocet; agnoscentes in eo, qui loquitur, mouentis eum, Spiritus Diuinitatem. O Spiritus Diuine, illustra animam meam, ut magnalia Dei cognoscat; & moue linguam meam, ut eo feruore, de illis loquar, quo tu glorificeris, proximi edificentur, egoque amore tuo magis accedam. Amen.

## PUNCTVM II.

a ALII autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, locutus est eis: viri Iudei, non sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, sed pleni Spiritu Sancto.

a Actuum  
2. 13.

I.  
De iudicijs  
temerarijs.

CONSIDERANDVM hic Primò, quod nunquam desint mali homines, qui bonos irridentes, Dei opera derideant, temerè de eis indicantes, & in peiorem partem ea interpretantes, sicut b Sacerdos Heli, qui obseruans Anna loquentis in corde suo coram Domino in templo, aestimauit, eam temulentam esse, ebrietati tribuens, quod à feruore Spiritus procedebat: & cognati Christi Domini nostri, cum is inciperet prædicare, iudicabant ex feruore ipsius, c illum in furorè esse versum. Et nunc infelices hi

b I Reg. I. 13

c Marci 3.  
21.

ces hi



ces hi, quos Spiritus Sanctus repleuerat, eos multo plenos iudicabāt. Hoc permittit interdū Deus, vt suos iustos in humilitate & patientia exercent, & vt videāt ipsi, quā à recto aberrant iudicia hominū; ideoque nihili illa faciāt: nec ipsi temerè iudicēt, quod nō intelligunt, præcipuè cū à viris sanctis aliquid fieri vident; sed venerentur potius illud in silētio & stupore, aut certe exquirāt, sicut aliqui ex illa multitudine fecerunt, dicentes, quid nam vult hoc esse?

DEINDE perpendam, quod Apostoli à Spiritu Sancto moti, ex ea irrisione occasionem acceperint, Christi Domini nostri fidem prædicandi; respondentes aliorum interrogationi, vt aliorum errorem retegerent: & sic ita S. Petrus, tanquā caput Apostolorū, Primus locutus, dixit; illos qui secum erant, ebrios non esse, cum esset hora diei tertia; hoc est valde mane, nec tale quid, & in tali die de bonis hominibus esse præsumendū; sed plenos esse d. Spiritu illo, quē Deus per Prophetā Iosel. 2. 28. promiserat: quasi diceret, hi quidē vino pleni sūt sed nō illo materiali, sicut vos existimatis, sed alio fortiori, qui est Spiritus Dei, & accessus eius amor; quia introduxit eos in cellā vinariā; vbi à magnitudine, & suauitate amoris eius sunt inebriati. O animarum amator, e Cant. 2. 4. *introduc me, in cellam illam, eamq; exsaria varietate & abundantia pretiosorum vinorum quæ in illa habes, ordinans in me charitatem & omnes actus & affectus ab ea prouenientes.*

II.



f Cant. 5. 1.

Tu de hoc vino bibisti, tuosque ad idem faciendum inuitas, dicens; *Bibite amici, & inebriamini charissimi;* & quamuis amici nomen ego non merear, sed tamen, vt amicus fiam, oro vt me inuites, & propines in tanta copia, vt amore tuo inebriatus, exeam à me ipso, & reliquorum omnium oblitus, nihil extra te velim.

## PUNCTVM III.

CONSIDERANDVM tertio, quã præclarum sermonem Sanctus Petrus Apostolus habuerit, testimonium reddens crucifixi Domini nostri; in quo sermone patefecit magnas virtutes, quas Spiritus S. ei cõmunicauerat, & quas Sancti Euangelij ministri habere debent.

I.

Quarum *Prima* fuit, magna SAPIENTIA, ac dexteritas in proponendis veritatibus, & mysterijs Christi Domini nostri, comprobata ea efficacissimis scripturæ Diuinæ, Prophetarum, & Psalmorum testimonijs.

II.

*Secunda* fuit, magna LIBERTAS SPIRITVS, cum magna cordis fortitudine: nam Petrus, cui angelicæ vox, tantum incussit timorem, vt suum Magistrum negaret; nunc virtute & fortitudine, quam à Spiritu Sancto accepit, eundem suum Magistrum confessus est, & prædicauit coram innumeris hominibus; Christum, quem ipsi crucifixissent, resurrexisse; esse suum Deum, suum Messiam, & Saluatore. Et eadem libertate, idem ipsum testificatus est coram Anna, & Caipha, omnibusque principibus Sacerdotum; omnibus eius constantiam stupentibus, & iubentibus, a quibus

a Actuum.  
4. 19.

quibus



quibus ipse liberè respondit, si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus & audimus non loqui? Et iterum prohibentibus & minantibus illis, respondit: *b obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Deus Patrum nostrorum, suscitavit Iesum, quem vos interimisti suspendentes in ligno; & nos sumus testes horum verborum.* Idem verò & reliqui Apostoli fecerunt; offerentes se, ob hanc causam multis laboribus, quos gaudentes pro nomine Iesu obibant; & de omnibus dicitur, quod *c loquerentur verbum Dei, cum fiducia & audacter.*

b Actuum  
5.29.

c Actuum  
4.31.

III.

TERTIA VIRTUS FUIT, magnus ZELUS, & feruor in verbis, quibus audientium corda ita pungebat ac penetrabat, ut qui paulo ante Apostolos musto plenos, & ebrios esse existimabant; mox *d compuncti corde,* se se dederent, *dicentes ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: quid faciemus viri fratres? ut salui simus?* & qui execranda duricie, paulo antè petierant, ut Christus crucifigeretur; compuncto nunc corde & tenero, petunt baptizari. O prodigiosa virtutis Dei mutatio! O vis immensa Spiritus Diuini! quis præter Deum, tantam sapientiam & fortitudinem, cum tanto feruore, rudibus adeo & timidis prædicatoribus dare potuisset? & quis alius, præter eundem Spiritum, mutare potuisset & emollire durissima talium auditorum corda! Veni, O Spiritus Sanctissime, super Ecclesiam

d Actuum  
2.37.



tua prædicatores, & super eos, qui illos audiunt; & effice in vtrisque admirandam hanc mutationem, ut omnes Redemptori nostro obediant, ac eundem diligant, & tua Divina voluntas, omnibus sit nota, & in veneratione habeatur.

## IV.

e Actuum.

2. 41.

ULTIMO perpendam, quod e qui receperunt sermonem eius. Baptizati sunt, & appositae sunt in die illa animæ circiter tria millia; quorum numerus, habet aliquod mysteriū: nā ita Sanctissima Trinitas, eum numerum elegit, ut singulæ personæ, vnum mille animarum illarum, sibi quodam modo ut proprium venderet, tanquam primitias innumerabilium animarum, quæ sanctam illius legem esse recepturæ: sicut alio eiusdem Apostoli sermone; conuersa sunt f. quinq. millia virorum in præmium quinque vulnerum, quæ Christus, in cruce accepit. O quanto gaudio Christus Dominus noster fuit affectus, cum vidit patrem suum, tot animas ad suum obsequium traxisse! promissionem adimplendo, quam hac de re fecerat, cum dixit: *g si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum.* O qualia festa celebrarunt Angeli in celo ob tot peccatorum conversionem, qui vel super vno peccatore pœnitentiam agente, vehementer exultant! O quanto gaudio Virgo Sacratissima exultavit, videns tot homines Diuinitatem Filij sui agnoscentes, in quorum tamen conversione bonā ipsam partē habuissimā; dum Apostoli prædicabant, ipsa feruenti-

## III

f Actuum.

4. 4.

g Isai. 53.

10.

h Luca. 15. 7.



simè orās, agebat cū Deo de fællici prædicatio-  
nis eorū euetu. Quā etiā læti Apostoli ipsi fue-  
runt, videntes copiosam adeo ex vno retis ia-  
ctu piscationem; totum illum diem consumē-  
tes, in instruendo conuersos, & mysteria fidei  
ipso docendo, & ad peccatorum pœnitenti-  
am permouendo, ac denique Baptizando, ipso  
Dōmino (sicut Sanctus Petrus eis obtulit)  
dante eis Spiritum Sanctum, quo remanerent  
Sanctitate & spiritali lætitiā pleni. Ex qui-  
bus omāibus, & ego concipiam magnos gau-  
dij & laudis affectus, animo exultans; quod  
videam Christum Dominum meum, à tot a-  
nimabus agnosci, & venerationi esse, illi  
quoque congratulans, de adeo copiosā messe.

O Dulcissime Iesu, quā fæluciter incipis *Ioan. 12.*  
implere, quod dixisti: *si eleuatus fuero à ter-* 32.

*ra, omnia traham ad me ipsum: & iam Domine* *k Ephes. 4.*

*ascendisti in altum, & dedisti dona hominibus,* 8.

*sed & pro ijs, quæ dedisti, accepisti etiam do-* *l Psal. 67.*

*na in hominibus; quia & ipsi homines, seipso* 19.

per tuam gratiam tibi dedunt, tuque illos

admittis in tuum obsequium: da & mihi,

Domine, dona tua; & eadem, quæ

mihi dedisti, à me accipe, vt

totus sim tuus in sæcula.

Amen.





## MEDITATIO XXV.

DE ALTISSIMA VITA,  
quam Spiritus Sanctus pri-  
mis Christianis in-  
spiravit.

## PUNCTVM I.

a Altissim  
2.42.



*Vi baptizati fuerant, et  
perseuerantes in doctrina  
apostolorum, & communicati-  
one fractionis panis, & orati-  
onibus.*

CONSIDERANDVM hinc est, quod  
Spiritus Sancti proprium; iustis, quorum anima  
se ipso repleuit, tria præstantissima virtutum  
exercitia inspirare, quibus acceptam San-  
ctitatem conseruent & augeant.

I.

PRIMUM exercitium est, *perseuerare in  
Doctrina Apostolorum*, audiendo videlicet co-  
munionem, & legendo libros Sacros; ut in fide  
magis confirmetur, amplius penetrantem  
doctrinam ipsam Euangelicam, & magis ad  
eam afficiantur; fugiant verò quamcunque  
contrariam Apostolorum doctrinæ; aut non  
tepidiores, & remissiores facientem in ipsa  
fide, & æstimatione, quam de illa habere  
oportet.

II.

SECUNDVM exercitium est; *perseuerare  
in communicatione fractionis panis*, in commu-  
nionem



nione scilicet Sanctissimi Sacramenti corporis Christi Domini nostri, qui panis est cælestis, & distribuitur hominibus in terra degentibus, ut conseruetur, & augeatur in eis vita spiritualis gratiæ.

TERTIUM exercitium est *perseuerare in orationibus*; non dicit autem in oratione, sed in orationibus; ut significet, omne genus orationis: quas exprimit Sanctus Paulus, cum dicit: *ut b fiat obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones; & loquatur Christiani sibi metipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, orando, omnibus his modis, & in omni loco, leuantes manus puras ad Deum, sine ira & disceptatione.*

HÆC TRIA, frequentabant fideles omnibus diebus, in spirante id illis Spiritu Sancto: quia omnia illa tria sunt Spirituale nutrimentum animarum, & medium efficacissimum ad hoc; ut vitam gratiæ conseruent, & augeant dona Dei, usque ad obtinendam Spiritus Sancti plenitudinem. Et ita in Actibus Apostolorum legitur: semper datum fuisse Spiritum Sanctum; cum Apostoli prædicarēt, & cum manus suas super credentes ponerent, & cum orarēt. Credentes itaque accipiebant Spiritum Sanctum, aliquo ex tribus modis, vel, cum prædicationem audirent, de qua S. Lucas ait: *Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum; vel cum reciperent Sacramenta, de quo dicitur: e tunc imponebant manus super illos, &*

acci.

III.

b 1. Tim. 2.

c Ephes. 5.  
19.

d Actuum.

10. 44.

e Actuum

8. 17.



f Actuum. 4  
30.

accipiebant Spiritum Sanctum, vel cum Deo orarent; quæ tamen oratio, erat feruentissima, de qua dicitur: *f cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, locus dicitur tremuisse, ubi illi congregati orauerant: vt significetur stupor, & tremor, quem sua doctrina mundo essent allaturi; & mutatio cordium; quam exemplo suo & prædicatione, in virtute Spiritus Sancti essent effecturi.* O Spiritus Sancti, anime mea esurit, nec panem habeo, quo illam sustentem; da mihi tres istos panes, *doctrinae, communionis, & orationis*; vt tantæ necessitati subueniam: & quamuis eos non promerear nomine amici; da saltè nomine impotenti, in præmiũ laborũ dulcissimi nostri amici Christi Iesu, cui sit gloria & honor in secula.

## PUNCTVM II.

a Actuum  
2, 44.

**O**Mnes etiam, qui credebant, erant pariter & habebant omnia communia:  *possessiones & substantias vendebant, & dividebant ea omnibus, prout cuius opus erat.*

CONSIDERANDVM hic est, etiam esse proprium Spiritus Sancti, inspirare suis electis perfectionem Euangelicam, quam Christus prædicauerat; quam primis illis Christianis imprimendo expressit; vt exemplo essent religiosi, qui illos erant secuturi.

I.

PRIMUM, inspirauit illis vitam communitatis, cū summa vnione & charitate: id enim indicat verbum illud; *Erant pariter* idque multò magis Spiritu quàm corpore: *pro*

pro



propterea dicitur postea, quod *b multitudinis* *b Actuum.*  
*credentium erat cor vnum & anima vna.* Nam *4.33.*  
 etsi plurimi essent, & diuersarum nationum,  
 corporis constitutionum, facultatum, & ta-  
 lentorum; omnes tamen vno amore, vna vo-  
 luntate, & vno sensu coniuncti erant, quia o-  
 mnes habebant Spiritum Sanctum, qui illos  
 & secum, & inter ipsos coniungebat; sicut a-  
 nima, omnia corporis membra, etiam si diuer-  
 sa, coniungit: ita enim facturum se promise-  
 rat Deus per Ieremiam dicens: *c Ierem. 32.*  
*& dabo eis cor* *39.*  
*vnum & viam vnam:* & Christus, à Patre suo  
 in nocte coenę petiuerat, pro suis discipulis: *d Ioan. 17.*  
*ut sint, inquit, vnum sicut & nos;* ut ex hac v-  
 nione, mundus ipsum agnosceret: quam peti-  
 tionem Pater exaudiens, hanc discipulis de-  
 dit vnionem. *e Psal. 67. 7.*  
 O Pater æterne, *c qui inhabitare*  
*facis vnus moris in domo;* da hanc vnionem &  
 animorum coniunctionem omnibus Christi-  
 anis, qui in domo tuæ Ecclesiæ habitant, & ijs  
 omnibus, qui religiosas domos inhabitant; ut  
 Filius tuus glorificetur in mundo, propter  
 hanc coniunctionem, quam inter se habent,  
 tuam domum inhabitantes. O Spiritus San-  
 ctissime, cuius munus est, testimonium perhi-  
 bere de Christo Salvatore nostro, imprime  
 omnibus eius discipulis, sublimem hanc vnio-  
 nem; ut amantes se inuicem, ex hoc amoris te-  
 stimonio, credatur eorū Magister & adoretur.  
 PERPENDAM etiam hoc tempore, cæ-  
 pisse manifestari miracula, quæ prædixit  
 Isaias cum ait: *f Habitabit lupus cum f Isai. 11. 6.*  
*agnos* *g. 65. 25.*



agno: & pardus cum hedo accubabit: vitulus, &  
 leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus  
 minabit eos. Vitulus, & vrsus pascentur, simul re-  
 quiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet  
 paleas. Nam Spiritus Sanctus, cum grege ouiu-  
 um & Agnorum Christi, qui erant eius disci-  
 puli, coniunxit coniunctione perfecta chari-  
 tatis eos, qui in die Passionis eius, illum tan-  
 quam lupi, tygrides, & leones fuerant perfe-  
 cuti; & qui solebant esse cupidi, tanquam lu-  
 pi; cholericus, sicut tygrides, superbi, sicut le-  
 ones, callidi, sicut vrsi, conficiunt nunc  
 unum, & eundem gregem, omnino cōcordem  
 & charitate coniunctum, cum ijs qui sunt me-  
 tes, humiles, & simplices, sicut oues, & agni  
 omnes enim accommodant se eodem modo  
 ad eandem escam parum conditam, & leo de-  
 ponit suos mores, & accipit eos, qui sunt bo-  
 uis: nam qui sunt nobiliores, demittunt le-  
 crassas pauperum laboratorum escas, & om-  
 nes magna obedientia, subijciunt se gubernationi  
 & imperio humilis piscatoris, quem  
 Christus sui gregis pastorem constituit. O  
 mutatio dextera exelsi! O prodigia omnipotentia  
 Saluatoris! h venite & videte opera Domini,  
 qua posuit prodigia super terram, auferens  
 bella & discordias, vsq; ad finem terrae, commu-  
 tans leones & tygrides, in oues & mansuetos  
 agnos. Gratias tibi, Saluator omnipotēs, ob haec  
 ce mutationes, quas Diuini tui Spiritus efficaciter  
 perficis: Prosequere Domine hoc opus, quod  
 cepisti, dans Christianis omnibus, ac Religi-  
 sis prae-

g Psal. 76. 11

h Psal. 45. 9.

Cassian. col-  
lat. 12. c. 12

Religi-  
sis prae-



his præcipuè, hanc vnionem, hanc æqualitatem, & obedientiam, ac subiectionem suis prælatis, vt his gratiæ tuæ miraculis infideles per moti fidem tuam recipiant; & fideles in eâdem confirmantur, & semper in amore tuo crescant.

SECUNDO inspirauit Spiritus Sanctus illis Christianis, vt, ad conseruandam hanc vnionem, haberent RES OMNES COMMUNES, exactissimè seruantes euangelicam paupertatem. Nam primùm omnes suas possessiones & substantias vendebant, vt pretium diuideretur inter omnes, prout cuiq; opus erat: Et ita consilium illud Christi Domini exequebatur: *i si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Secundo in ea diuisione bonorum, non propriam voluntatem & iudicium, sed Apostolorum sequebantur, *k ponentes ante pedes eorum pretia bonorum, quæ vendebant;* vt illi pro suo arbitratu ea diuiderent, hac ratione etiam exuentes omnem affectû carnis & sâguinis, & volûtatis propriæ; sequentes verò voluntatè ministrorum Christi Domini nostri. Tertio omnino ita omnem proprietatem rerum omnium etiam in usu reijciabant, vt *l nullus eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse diceret,* reijciendo ex suis sermonibus frigidum illud verbû, *M E V M & T V V M,* quod est occasio discordiarum; & vt charitas refrigescat. Quare corde, verbo, & opere renunciabant omnibus, quæ possederant, vt essent perfecti discipuli Christi.

II.

i Matt. 19.  
21.k Actuum.  
4. 35.l Actuum.  
4. 2. 34.



HINC fiebat, ut cum essent omnes pauperes, nullus tamen aliqua necessitate premeretur. nam, ut ait Sanctus Lucas: *nec quisquam egens erat inter ipsos.* Nam quod quisque habebat, erat omnium, & quod omnes habebant, erat cuiusque illorum, ita ut res omnes essent communes, in usum omnium. Erat communis domus, communes vestes, communis cibus, exercitia virtutum, labores, præmia, coronæ nam cum essent multi, omnes erant unus, unus ille non erat solus, sed multi in illo erant omnes illū adiuuantes. O Fortunata & beata vita! à Christo tradita, ab Spiritu Sancto inspirata, ab Apostolis approbata, & à discipulis, qui fuerunt primitiæ Diuini Spiritus exercitia! O Diuinitas Sanctissima, quæ vnus est in essentia, tribus personis es communis concede ijs omnibus, quos ad statum perfectionis vocasti, ut omnes sint vnus, & quibus rebus suis communis sit omnibus, ut *non habentes, omnia possideant, & non omnia relinquentes centuplum accipiant,* quæ reliquerint possidentes te fontē omniū bonorū in seculū.

*S. Basl. de constit monast. c. 19.*

*m 2. Corint. 6. 10.*

*n Matt. 19. 29.*

III.

*o Actuum. 5. 2.*

Ex his, quæ sunt dicta, concipiã, si sum religiosus, magnum desiderium primos habere Christianos imitandi, quos Spiritus Sanctus tanquam exemplar quoddam proposuit religiosorum; quorum plurimi, eius inspiratione, talis paupertatis votum ediderunt, quod stabilior ea, Deo quæ gratior esset. Quamobrem Ananias, cum vendidisset agrum, & fraudasset pretio agri, grauissimè à Sancto Petro mortuus



subitaneâ punitus fuit, dicente, *non es mentitus hominibus, sed Deo, & Spiritui Sancto*, cuius inspiratiõe, voto se paupertatis obstrinxerat. Sed si liber sim, concipiã desideria eosdẽ discipulos imitandi in ijs, quæ rationi vitæ meæ sunt conformia, corde saltem exuendo res omnes, siquidem sententia illa Saluatoris: *p qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, ad omnes pertinet.

PUNCTVM III.

**Q**uotidie quoq; perdurantes erãt vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibũ, cum exultatione, & simplicitate cordis, b collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

CONSIDERANDVM & hic est, propriũ esse Spiritus Sancti, inspirare electis alia varia media, ad vnionem, & perfectionem conseruandam.

Primum est VNANIMITER eodem scilicet animo, ad templum se conferre, in eoq; PERSERVERARE, ea exercitia ibi facientes, ad quæ templum, Dei est destinatum, audire videlicet verbum Dei, orare, Diuinis Sacrificijs interesse, & Sacramenta recipere. est enim templum schola Christi, domus orationis, propitiatorium peccatorum nostrorum, & locus Diuino cultui dedicatus.

R 2

Et

August. Ser. 27. de verb. Apostoli. & plures Sancti, quos refert, Bellarmi. Tomo. I. lib. 2. de Monach. c. 20. p Luca. 14. 33.

a Actuum 2. 46.

b Luca. 24. 53.

I.



Et in illis exercitijs, magnam diei partem consumebant, singulari animi voluptate, quia Spiritus Sanctus illis assistebat.

II.

QVIBVS EXERCITIIS erga Deum præstitis, inspiratione etiam eiusdem Spiritus Sancti, alij ad aliorum domos conueniebant, amanter & in charitate se inuitantes, & cibum corporis sumentes cum lætitia, non sensuali sed Spirituali; ubi re ipsa implebatur illud Dauidis: *iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitiâ,* cui lætitiæ simplicitatē cordis adiungebant, non simulationes, fictiones, aut murmuraciones aliorum contra alios; sed simplici intentione placendi Deo, & fraternam charitatem conseruandi, præbentes nobis exemplum, qua ratione deceat nos cibum sumere, oportet, videlicet hoc, quod alias est proprium carnis, ea ratione Spirituale reddendū:

III.

HINC proueniebat, vt semper laudarent & glorificarent Deum, magna totius populæ ædificatione, qui diligebat illos & venerabatur, ob sanctitatem & charitatem, quæ in eis resplendebat. O Iesu amantissime, dulcissime iustarum animarum Sponse, quàm opportunè nunc dicere potes, aspiciens vitam paruæ huius Ecclesiæ sponsæ tuæ, d *vulnerasti cor meum* *cor meū soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum,* vnione videlicet & concordia horum iustorum, qui sunt instar oculorum tuorum: nam vt oculi sibi inuicem sunt similes, & vnà aperiuntur & clauduntur & vnà

d Cant. 4.

9.

S. Greg. ibi.



& vnà ad hanc & illam partem mouentur, vnà vigilant, & vnà dormiunt; ita hi iustissima concordia simul se conferunt in templum, simul orant, simul verbum tuum audiunt, & opera charitatis exercent, quia omnium est cor vnuni, & vnus Spiritus, tecum & inter se inuicem perfecto amore coniuncti. O Spiritus sanctissime, qui es cor Ecclesiæ inuisibile, dimitte per omnia eius membra Spiritus vitæ, tuas videlicet inspirationes Diuinas, quibus magna animorum coniunctione & fortitudine, ad omnia coueniant, quæ tuum obsequium concernunt; ita ut amoris vulneribus, vulnerent cor tuum, dignos se reddentes, quos tu diligas, & in quibus amoris tui ignem augeas. Amen.

*ANTEQVAM prosequar hanc historiam, duas inseram meditationes, ex quibus Iusti, qui nunc in Ecclesia viuunt, deprehendant; quantos habeant sumptus à Spiritu S. ut peruenire possint ad eam sanctitatem, quam illi primi sancti habuerunt.*





## MEDITATIO XXVI.

DE ALTISSIMA PERFECTI-  
one quam Spiritus Sanctus  
suis inspirationibus commu-  
nicat, & de proprietati-  
bus earum.

## PUNCTVM I.

I.



a Ioan. 3. 6.

PRIMO considerandum, quod Spiritus Sanctus, quos aqua Baptismatis regenerat ad esse gratiæ, faciat sibi ipsi similes, suis inspirationibus ad tantam exal-  
tationem deducat altitudinem sanctitatis, ut possint  
cut ipse appellari Spiritus, quod ipse Christus Dominus noster, expressè docuit, cum dixit Nicodemo: *a Quod natum est ex carne, carne est; & quod natum est ex Spiritu, Spiritus est: Spiritus ubi vult spirat; & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu.* Quasi dicat; sicut qui per generationem carnalem ex carne natus, est omnibus similis ei, qui illum genuit, à quo naturam accepit, sic etiam proprietates & propensiones naturales, quas habet ipse generator; verbi gratia: vnus homo generat hominem sibi similem in ijs, quæ propria sunt hominibus, quamuis, qui genitus est, non statim in suis inspirationibus, ad totam suam perfectionem perueniat.



niat, donec adoleuerit: sic proportione quadam, qui nascitur de Spiritu Sancto per generationem Spiritualem, similis est ipsi Spiritui, à quo accipit gratiam, virtutes, & dona, quæ sunt quædam Diuinæ naturæ participatio, quorum virtute appellari potest Spiritus, homo scilicet Spiritus, Spiritui Sancto similis, qui illum genuit Spiritualem. Quamobrem dixit Sanctus Augustinus, *si nascaris de Spiritu hoc, eris vt ille; & virtute eius, poteris in carne viuere, atque si esses Spiritus, liber, & expeditus à carnalibus moribus, veritatibus illustratus, virtutibus diues, & feruentibus affectibus accensus; & imitaberis excellentissimum modum, quem ipse habet, sua opera peragendi.* O Spiritus Sanctissime, quas tibi gratias referam, pro tam alta hac dignitate, quam homini carnali concedis, vt possit sicut tu, esse & vocari Spiritus. O Pater amantissime, qui filios tuos ita generas, vt etiam intra ipsos maneat, iuuans illos in suis actionibus, vt crescant & proficiant, donec perfecti euadant, sicut tu es; siquidem ergo, me per Baptismū genuisti, suggere mihi, quæ facere me oportet; vt mea opera, tuis sint similia, & tibi adhærens, *vnus tecum Spiritus efficiar* in sæcula. Amen.

LICET postea ratiocinari per tres excellentes proprietates, quas Spiritus Sanctus habet in opere suæ inspirationis, quæ in verbis propositis insinuantur, libertas videlicet summa, *efficacia* omnipotens

R 4

&amp; ma-

Tracta. 12 in  
Ioan.1. Corint.  
6.17.



& magnum *secretum*, in suis medijs & finibus  
in quibus possumus illum imitari eo modo  
qui in proximis punctis proponetur.

## PUNCTVM. II.

**P**RIMA PROPRIETAS Spiritus Sancti  
est, *vbi vult spirat*, quia hoc opus inspirandi  
liberalissimè facit, nõ vi, nemo enim cogere  
illũ potest; nec timore aliquo, quia nihil est  
quod timeat; nec ob emolumentum propri-  
um, quia nullum à creaturis præmium ex-  
pectat; nec obligatione iustitiæ, quia nullus suis  
meritis eum potest ad id obligare: solum ita-  
que inspirat, quia ita vult, & quia infinita eius  
bonitas inclinatur, ad hoc bonum, ex merito  
gratia nobis tribuendum. Communicat ita-  
que, inspirationes suas ijs personis, quib⁹ vult  
& quando vult, & prout vult; frequenter autem  
rarò, magno aut paruo impulsu mouens res  
pro libitu suo, iuxta dispositionem Diuine  
sue prouidentie gratias diuidens a prout vult

I.

a 1. Cor. 12.  
11.

S. Bern. Ser  
32, in cant.  
post mediũ.  
b Rom. 8, 14

Sed in hoc ipso tamen ostendit infinitam su-  
am liberalitatem, dum omnibus repente in-  
spirat, & omnibus liberalitatis modis. Nam  
*Primum* immittit huiusmodi inspirationes ei-  
qui nec petit illas, nec de petendis cogitat.  
Deinde immeritis, & qui potius propter sua  
peccata indigni sunt illis: *Tertio* etiam nolenti-  
ti, & potius contradicenti & resistenti, vt Sa-  
ulo, frequentius nihilominus & efficacius in-  
spirationes suas immittit iustis, quos elegit  
vt filios dilectionis sue, de quibus ait Aposto-  
lus: *b qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filij Dei*

O felice



O felices Filij, qui Spiritum Dei, tanquam pædagogum & perpetuum comitem secum habent ! O Divine Spiritus; siquidem ubi vis spiras, quia summè bonus es; ostende, mecum hanc tuam bonitatem, ut velis, quod potes; inspirans mihi frequenter; quid mihi sit cogitandum, quid dicendum, & faciendum, ut à te motus, in omnibus tibi sim similis.

Ex hoc ascendam ad perpendendum excellentissimū illum modum quo iustus, qui perfectè natus est ex Spiritu, eius inspiratione facit quod vult; non res malas, nec prohibitas, nec vanas, aut ad rem non pertinentes; quia, Spiritus Sanctus non ad talia mouet, sed semper ad ea, quæ sunt bona, sancta, & utilia; hæc facit summa libertate Spiritus, non coactus ut mancipium; non cum repugnantia aut tædio, sicut tepidi; nō timore inferni, sicut imperfecti; nec præcipuè ob præmiū, sicut mercenarij; sed quia cupit placere Deo; & ita virtutem amat, ut, quamuis nullus esset infernus, non peccaret tamen: quia nullum sibi terribiliorem infernum euenire posse existimat, atque ipsum peccatum; & quamuis nullum esset præmium, non propterea prætermitteret facere quod iubet Deus; quia illi obedire, suū præmiū existimat, & intra seipsum viuā quādam legem habet, quæ ipsum impellit, ut velit quicquid Deus vult. Et in hoc consistit perfecta Spiritus libertas, quæ consona est ipsi Spiritui sancto, iuxta illud Apostoli, *Deus Spiritus est & ubi Spiritus Dei, ibi libertas.*

## II.

b Ioan. 3, 9.  
qui natus est  
ex Deo non  
peccat.

c 2, Corint.  
3, 17.

R S BX quo



Ex quo fit, quod sicut Spiritus Sanctus bonis, & malis immittit suas inspirationes; quia in hoc vult ostendere suam bonitatem; ita iustus, ab eodem Spiritu instigatus, benefacit omnibus, amicis & inimicis, etiam contradicentibus, & persecuentibus ipsum; in hoc ostendens, se Filium Dei esse, & Spiritum eius habere.

**DENIQUE** semper facit quod vult; quia voluntatem tuam omnino posuit in Dei voluntate, & eius Diuini Spiritus: faciens itaque quod Deus vult, simul facit quod ipse vult, quia ipse velle, non aliud est quam Dei. Quamobrem dixit Sanctus Bonaventura, eos, qui Deo voluntati sunt conformes, esse sicut Deos, habentes omnipotentiam suae voluntatis, ad id quod volunt. O Anima mea, si supremam habes omnipotentiam desideras, velis solum, quod vult Deus; & ita illam obtinebis: resoluaste semel ad negandum tuam propriam voluntatem, eamque resignandam voluntati Diuinae; & ita eius voluntatem semper faciens facies & tuam. O Deus animae meae, ex nunc statuo, velle semper quod tu vis, non coactus, sed *voluntarie tibi sacrificans*, non ex timore, aut emolumentum alicuius intuitu, sed ex puro amore; quia mihi arridet, quod tibi placeat; & quod tibi arridet, mihi etiam placeat. Hinc colligam signa ad discernendam inspirationem Spiritus Sancti, quae sunt contraria suggestionibus Spiritus mali, à quo procedunt repugnantia, tedium, & horror in adimple-

*In Dieta  
Salutis tit.  
8. 6. 1.*

*Psal. 53. 8.*



da Diuina voluntate, & Sancta eius lege. Quāuis timor inferni, & spes præmij, prouenire etiam possint à Spiritu Sancto; quia non semper inspirat quod est perfectissimum; sed incipit ab eo, quod est minus perfectum.

## PVNCTVM III.

**SECUNDA** Spiritus Sancti proprietas est, quod cum inspirat, **VOCEM EIUS AUDIS.** in quo varijs modis eius omnipotentiam agnoscimus.

**PRIMUM** in eo, quod cum vult inspirare, nulla possit illi in anima nostra clausa esse ianua, nec aliquid, quod eius in illā ingressum impediatur; nec sit possibile eius vocē non audire, hoc est ipsius pulsus, & inspirationē, & quid per eam velit, non sentire: quāuis possit

I.

homo non consentire in id, ad quod illa impellit. Habetq; in hoc quiddā singulare, quod possit immediatē & ex tempore, intellectum nostrū & voluntatē adire, & repētē imprimere noticiā, & bonū affectum, quem velit: quia est absolutus Dominus Spiritus nostri, in quo & per quem loqui potest pro libitu de re quacūq; siue corporea, siue Spirituali, cū figuris sensibilib. in ipsa imaginatione, aut sine illis.

*S. Bern. ser. 45. in Cant. ii.*

*Hebr. 4. 12.*

*S. Thom. 1.*

*p. q. 105. a.*

*3. q. 4. q.*

*111. a 2. q. 2.*

*2. q. 173. a. 2.*

**SED** ulterius tamē progreditur eius omnipotentia & bonitas: quia & potestatem & industriam habet ad ita inspirandum, ut non solum vocem eius audiamus, sed etiam ut eidem consentiamus; & obediamus ijs, quæ nobis dicit: non violentiā aut coactione, sed summa nostra voluptate & suauitate; ita

mutan



a *Aetnum.*  
9. 6.

b *Apocal. 3.*  
20.

c *Iob. 12. 11.*  
d *c. 34. 3.*

S. *Greg. lib.*  
29. *moral.*  
c. 2.

mutans nostram voluntatem, vt dicamus cum Saulo, a Domine quid me vis facere? Ex quo pro-  
uenit, vt Spiritualis homo à Diuino Spiritu  
motus, eandem vim habeat & artem ad omnia,  
quæ velit circa Diuinum obsequium, quamuis  
difficilia sint & aspera, penetrans muros diffi-  
cultatum, vt possit voti compos esse; similis  
in hoc factus Spiritui Sancto, à quo mouetur,  
O Spiritus sanctissime; siquidem es mearum  
potentiarum absolutus Dominus, pulsa & si-  
mul aperi portas animæ meæ, & ita efficaciter  
b *pulsa, vt absque mora tibi aperiám; vt in me*  
& de me pro tuo libitu disponas.

## II.

DEINDE perpendam, quod sicut singuli  
homines, proprium habent vocis donum, quo  
se produnt, & agnoscuntur, & distinguuntur  
ab alijs; & vt ait Iob, c *auris verba dii iudicat*  
d *probat*; ita interior vox, & Spiritus Sancti in-  
spiratio, habet suas proprietates particulares  
& signa, quæ auris animæ percipit, ex quibus  
agnoscit, Deum esse, qui loquitur; cuius vo-  
cem distinguit à maligni Spiritus voce, quæ  
valdè contraria signa & proprietates habet.  
Deprehenditur autem id totum, ex internis  
effectibus signorum vtriusque. SPIRITVS  
enim SANCTVS, voce sua emollit corda du-  
ra, flectit contumacia, lenit aspera, accendit  
frigida, debilia corroborat, deiecta erigit, col-  
ligit distracta, stabilis inconstantia, consolatur  
tristia, & inquieta ac turbata pacificat; Su-  
perbos homines reddit humiles, iracundos  
mansuetos; cupidos, pauperes spiritu; sibi in-  
dul-



dulgentes, facit temperatos, & in carne mortificatos. Et hoc facit imperio quodam & maiestate; suauitate, & efficacitate; timore improbum turbans, vt respiscat; pium & bonum faciens tremere, vt ipsum magis reueretur; finē tamen semper statuit iustitiam, gaudium, & pacem. Horum omnium contrarium omnino, conatur Spiritus malus efficere sua voce, quāuis dissimulanter. O Spiritus Diuine, *e loquere* interius mihi, *quia audit seruus tuus*. Tu ipse dicis, te *cupere* audire vocem meam, & ego valdè cupio audire tuam; *f. fac ergo me audire vocem tuam* Diuinam, sentiamque eius effectus, quo possim ego, mea voce ita respondere tibi, & talia opera efficere, vt sint tuis quàm simillima.

HINC deducā, quod vir spiritualis à Spiritu Sancto motus, habet suas voces, quibus agnoscitur esse talis, quia sunt similes vocibus Spiritus Sancti, ipsum mouentis: voces autem hæ sunt; vultus modestia, grauitas in omnibus corporis motibus, puritas & discretio in verbis, velocitas in obedientia, in cibo temperantia, hilaritas in persecutionibus, constantia in laboribus, humilitas qua se omnibus subiicit, diligentia in operibus Diuini cultus; gustus in oratione, zelus in iuuandis animabus. Hæc & similia opera sunt voces eius, qui natus perfectè ex Spiritu Sancto, ab eius inspiratione mouetur, & ex eis agnoscitur quis sit, sicut arbor ex fructibus.

e 1. Reg. 3.

10.

f. Cant. 8.

13.



## PUNCTVM IV.

**T**ERTIA proprietas Spiritus Sancti est, vt quamuis ita inspirat, vt eius vocem audiamus, **N**ESCIAMVS tamen **V**NDE **V**ENIAT, **A**VT **Q**VO **V**ADAT, nam ex instituto celat suos ingressus, & exitus, principia & fines, admiranda suæ prouidentiae dispositione.

I.

**N**AM imprimis occultat aduentum suæ inspirationis, quò ad tempus, locum, exercitationem, & occasionem eius. Nam interdum venit diebus festiuis, interdum profestis, nunc die, nunc nocte, nunc manè, nunc vesperi, interdum venit in ipsa Ecclesia, aut in Oratorio; nunc in platea, aut in campis, interdum venit in ipsa oratione, aut in sacro missæ, aut sub ipsa concione, interdum in ipsis negotijs & operibus externis. Interdum ingreditur per aspectum, vt cum piam aliquam imaginem videmus; aliam, per auditum, dum pia aliqua verba audimus; aut per gustatum & tactum, dum aliquo dolore patimur, aut sustinemus laborem. Denique vt ipse Dominus dixit Iob, sciri non potest, a per quam viam spargatur lux Diuinorum scilicet illustrationum, & diuidatur affluens accensarum inspirationum super terram. Vult enim ipse, nos semper ab ipsius prouidentia dependere, & demissè agnoscere hanc ab eius dependentiam; & ingenuè fateri, nostram industriam non posse sufficere, ad talem gratiam & fauorem obtinendum; & quando re ipsa nobis datur, id non ob nostra merita, sed ex ipsius dantis gratia provenire. O Dator munerum

a Iob. 38. 24  
S. Greg. ibi

vifra



visita me frequenter inspiratione tua sancta,  
veni verò qua via volueris; libet enim mihi e-  
am ignorare, vt sic me humiliem, credēs te in  
omni loco & tempore fauere mihi posse.

E A D E M quoque ratione occultat nobis  
Spiritus Sanctus finem, quò vadit, & in quem  
suas inspirationes dirigit. Et si enim nō igno-  
remus eius voluntatis esse, vt pareamus ipsi,  
in exequendo bono, quod ad suam gloriam &  
nostram salutem nobis inspirat; sed particu-  
larem tamen finem illius, quod inspirat, non  
nouimus. nam ex paruis sæpe initijs, grandes  
fines præterdit, & magno interdum impulsu  
ad res aliquas impellit; quarum fines, nisi exi-  
tus illos manifestent, cognosci non possunt,  
sicut dixit Apostolus: *b* *Ecce nunc alligatus ego*  
*Spiritu vi inspirationis vado in Ierusalem, quæ*  
*in ea ventura sunt mihi, ignorans.* Placet enim  
Spiritu Sancto, si nos iudicium & volunta-  
tem nostram, Sanctæ ipsius inspirationi resi-  
gnantes, à beneuola ipsius prouidētia, finem  
& exitū, quē ipse quærit, expectem⁹. O aman-  
tissime Pater, inspira mihi, quod tibi, iuxta  
sanctam tuā legem & voluntatē libet. satis e-  
nim mihi est, finē vltimū scire, quē tu quæris,  
vt ego obediam in cæteris medijs & finibus,  
quos præscripseris. *D* V O ex his dilcā; *primum*  
est, si moueor à Spiritu S. etiā si publica aliqua  
opera præstem, quæ animæ virtutem prodāt,  
debere me occultare hominibus fines &  
intēctōnes meas, & cōtētū esse, si illæ soli Deo  
sunt notæ: ne prædo vanæ gloriæ, thesaurum  
meum

II.

*b* *Actuum.*  
20.22.

III.

meum



meum deprædetur: quia cuius par sit confessarium, & Spiritus Magistrum, qui me Dei nomine gubernat, omnium esse conscius, ne forte Satanas transfiguratus in Angelum lucis, me decipiat. *Secundum* est magnam concipere fiduciam, obtinendi hanc sanctitatis altitudinem: neque enim absque mysterio dixit Christus Dominus noster vniuersum esse, *est omnis, qui natus est ex Spiritu*; ut omnibus spem faceret, quod quilibet iustus possit ad perfectionem peruenire, si vitam suam instituat, iuxta gratiam, quam in sua Spirituali generatione accepit; & obediat motioni Diuini Spiritus, qui ad eam instigat ac dirigit: in cuius signum & fidelitatis pignus, dat omnibus iustis septem sua dona, ut iam videbimus.

## MEDITATIO XXVII.

DE SEPTEM DONIS  
quæ Spiritus sanctus iustis communicat, ut ab eius inspirationibus dirigantur, ad magnam perueniant sanctitatem.

## PUNCTVM I.

D. Thom. 1.

2. q. 68.

I.



CONSIDERANDVM *Primum*  
Spiritus Sanctum, in Spirituali  
generatione, cum  
tribus Theologicis virtutibus  
fide, Spe, Charitate, simul in-

funde-



fundere iustis septem dona; quæ Iaias appellat. a donum sapientiæ, & intellectus, consilij, & a Isaiæ. 11. 2. fortitudinis, scientiæ, & pietatis, & timoris. Doni omni quorum fines & officia, distincta sunt valdè: munus enim virtutum est, inclinare hominem ad piorum operum exercitationem ex propria electione, & libero usu arbitrij, adiuto tamen Diuinâ gratiâ, ideoque potest semper illis operari; credendo videlicet, sperando, diligendo, obediendo, se humiliando, sicut voluerit: quia Diuina gratia nunquã illi deest. Donorum vero munus est, inclinare iustum, vt se dedat, & subiiciat impulsui & motioni, quæ aliunde ipsi aduenit, hoc est ab ipso Spiritu Sancto donorum illorum largitore; quando vento suæ inspirationis mouet illum ad benè operandum, sicut vela seruiunt naui; vt afflante vento, facillè moueatur, & impellatur; & ideo Isaias hæc dona vocat Spiritus, quia sunt Spiritus Sancti instrumenta, ad efficienda opera iustorum, qui ab ipso Spiritu impelluntur. Ex quo apparet, quàm sit magnum Spiritus Sancti desiderium, vt eius Diuinis inspirationibus acquiescamus; siquidem talia ad id dona nobis largitur. Propter quæ, b septies in die laudes illi dicam, b Psal. 118. 164. cum Dauide: Inuitans Apostolos, & ciues cœlestes, ad id, vt me iuuent. O Sacri Apostoli, qui c vt columbæ volastis, alis vestrarum virtutum; & sicut nubes, impulsisti à Spiritu Sancto, per eius septem dona; supplicate eidem; ea vt mihi communicet, vt instar colum-

S. Thom.  
supra a. 1.

b Psal. 118  
164.

c Isaiæ 60.  
8.



be volem ad ea, quæ eius sunt obsequij, & instar nubis, patiar me à Sancta eius inspiratione moueri.

II.

*s Thom.**supra. a. 20*

EX DICTIS colligam hæc dona (Sanctus Thomâ teste) esse iustis necessaria, ad æternam vitam consequendam, tum quòd semper cū gratia & charitate ita sint colligata, vt nõ possint ab ea separari, tum quòd instinctus, & inspiratio Spiritus Sancti necessaria sit ad vtramque iustitiæ & sanctitatis partem conseruandam, discedere scilicet à malo, & sequi bonum, præcipue in rebus arduis ac difficilibus, quæ in hac vita eueniunt. Et quoniã Spiritus Sanctus, ad desiderat salutem & perfectionem nostram, statim adest, vt nobis faueat, his donis nos præueniens, vt illi obediamus. Gratias tibi, O Spiritus Sanctissime, quod curæ tibi sit, imbecillitatem meam adedò insignibus gratiarum donis adiuuare: ne, quæso, patiaris, vt eorum iacturam faciã, donec per ea vitam æternam obtineam.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandus est modus, quo Spiritus Sanctus, septem prædictis donis per suas inspirationes nos retrahit à male, adiuuatque ad vitia, tentationesq; vincendum, quod Sanctus Gregorius hac ratione explicuit: aduersus stulticiam, inquit, armat nos Spiritus Sanctus, sapientiam; contra ruditatem, intellectum; contra præcipitationem, consilium; contra ignorantiam, scientiam; contra pusillanimitatem, fortitudinem; contra cordis duriciem, pietatem; contra superbiam, timorem. Septem itaq; hæc Spiritus

*lib. 2. moralit. c. 26.**st. 7.*



us S. donz, sunt nobis arma offēsiua, & defen-  
siua, quæ nobis Spiritus S. præbet, aduersus  
præcipuas radices tentationum, quæ vitam  
Spiritualem oppugnant, vt expugnent.

PRIMO, aliquæ tentationes procedunt  
nobis ex rædio quodam, & paruo appetitu,  
quem ad res Dei habemus, quæ appellatur  
STULTITIA: eò quòd caro, non solùm re-  
bus Spiritus non delectetur, sed nec vllum sa-  
porem inueniat, nec res æternas æstimer: ide-  
o que rædio quodã earum affecta, eas negligit,  
& conuertit se ad sensuũ delicias quærendas;  
sicut Filij Israel rædio affecti ex quotidiano  
vsu Mannæ dicebant: *a anima nostra iam nau-  
seat super cibo isto leuissimo; & suspirâtes dice-  
bant, b recordamur pisciũ, quos comedebamus  
in Aegypto gratis; in mentem nobis veniunt cepa  
& allia &c.* Contra has tētationes armat nos  
Spiritus Sanctus dono SAPIENTIAE, quo  
suggerit nobis rationes, quæ nos afficiãt ad bo-  
na cęlestia, ponēs nobis in illis suauitatem; in  
terrenis verò rebus fastidium. Quod ipse &  
potest, & solet in vno momento efficere, quã-  
do eam gratiam nobis vult facere, & nostra  
necessitas pro ea clamar.

ALIAE tentationes proueniũt ex RVDI-  
TATE & obscuritate, quam in rebus fidei  
habemus, ex qua oriuntur dubia, perplexita-  
tes, nebulæ, diffidentia, torpores tam in cre-  
dendo, quàm in sperando, & in operando.  
Contra quas fauet nobis Spiritus Sanctus do-  
no INTELLECTVS, mittens in Spiritum

S 2 nostrum

I.

a Numer.

21. 5.

b Num. 11. 5.

II.



nostrū illustrationes, & lucis radices, qui nebulas illas dissipent, & pacem nobis, gaudiumque in credendo adferant.

## III.

ALIAE tentationes superant nos, quia in rebus nostris indiscreti, & PRÆCIPITES sumus, siue ob nostræ prudentiæ exiuitatem, quæ nõ inuenit viã & rationem benè se ab eis expediendi; siue quod nos repètè & imparatos inuadât, nec tempus nobis dent ad cogitandū, & statuendū, quid esset faciendū. In quib⁹ casibus, subuenit nobis Spiritus S. dono CONSILII, inspirans nobis singularissimã prudentiã medium; quod ad eas vincendas adhibere oporteat, sicut inspirauit Iosepho, *ut c. Genes. 39. relicto in manu fæminæ pallio, fugeret ex illa 12.* occasione, ne in ea periret.

## IV.

QUARTO cõtra tētationes, quæ nos possunt ad terrã dei cecere, propter IGNORANTIAM, fraudem, obliuionem, aut inaduententiam, subuenit nobis Spiritus Sanctus dono SCIENTIÆ, illustrãs nos inspirationibus suis, ut Satanæ astutias, mundi fraudes, & carnis deceptiones agnoscere possimus, suggerens nobis veritates aptissimas, ad illas vincendas, & magna suauitate inducens ad easdem amplectendas.

## V.

ALIIS TENTATIONIBVS vehementioribus succumbimus EX IMBECILLITATE ANIMI, quando ita nos premunt, ut, nisi faciamus quod est lethale peccatum, amissuri simus bona fortunæ, honorem, aut vitam, aut graue aliud incommodum subicuri. Et cõ-

subuenit



Subuenit Spiritus Sanctus dono **FORTITVDINIS**, corroborans suo impulsu cor nostrum imbecille ac timidum, & nos animans, & impellens ad quoduis temporale detrimentum ferendum, ut æternum euadamus: sicut adfuit Susanna, & gloriosis Martyribus in suis periculis.

**EX DVRTIE** nostri cordis procedit, ut proximis nostris non compatiamur; nec moueamur, ad illis benefaciendum, nec tolerandum, si quid nobis inferant mali; nam tunc potius erumpunt iræ, impatientiæ, iniuriæ, iniusticiæ, vindictæ, crudelitates, contra quas nos adiuuat Spiritus Sanctus dono **PIETATIS**, emolliens corda nostra tactu suæ internæ inspirationis, & mouens nos, ut misericordiâ exhibeamus in occasionibus, quæ ad ultionem nos prouocant.

**DENIQUE** aduersus tentationes, quæ oriuntur ex superbia, arrogantiâ, ambitione, vanitate, armat nos idem Spiritus Sanctus dono **TIMORIS DEI**, immittens sua illustratione, aliqua sensa veritatum, quæ altos nostros Spiritus & temeritatem reprimant, faciantque nos expauescere, ad tremenda & secreta iudicia Dei, & humiliet, ac dissoluat rotam nostræ vanitatis.

**IN HIS** itaque omnibus casibus perpendam, meæ necessitatis magnitudinem, & horum auxiliorum efficacitatem, & alterum cum altero conferens, gloriam Spiritui Sancto dabo, quod adeo beneuola prouidentia, prouiderit tam efficacia Antidota ei, qui tantoperè illis egebat: quare quâdocunque tali aliqua

VI.

VII.



entratione pulsabor, mox ad ipsum Spiritum sanctum recurram, petens necessarium auxilium, siquidem in illum finem, hæc nobis obulit dona. O Spiritus Sanctissime, gratias tibi ago, ob arma a deo commoda, mihi contra crudeles meos hostes concessa; & ob tuam curam, qua moues me, ut ab eis me expediam. *Domine illuminatio mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ; à quo trepidabo? Domine Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Dominus mihi adiutor, & ego contempsum spero. Dominus respiciam inimicos meos: impulsus eversus sum, non caderem, & Dominus suscepit me.* Præueni me Domine, Sanctis tuis inspirationibus, ne in malis meis submergar miseris.

## PUNCTVM III.

**C**ONSIDERANDVS tertio est modus quo Spiritus S. septem his donis adiuvat nos, ad comparandas virtutes in altissima perfectione, siue illæ sint vitæ actiue, siue contemplatiue

## I.

*S. Thom. 2.  
2. q. 8. a. 6.*

**PRIMUM** tribus illis donis **INTELLECTVS, SAPIENTIAE, & SCIENTIÆ**, adiuvat nos in operibus vitæ contemplatiue, lectio, oratione, meditatione, & contemplatione, suis nos inspirationibus mouens, ad eas diligenter & exactè habendas. **DONO INTELLECTVS** perficit nos in cognitione mysteriorum nostræ fidei, suis nos illustrationibus adiuuans, ut ad secreta & intima, quæ in illis latent, penetremus tanta certitudine, ac perspicuitate, ut ea videremus; ex quo plurius proueniunt

*d Psal. 26. 1.*

*e Iob. 17. 3.*

*f Psal. 117.  
7. 13.*



dirationū profundarum & subtiliū quas ipse Spiritus S. infundit, quibus *a in meditatione ex ardescit ignis affectuū in corde.* **DONO SAPI-  
E N T I A E**, perficit nos in cognitione Dei, & excellentiarum & attributorum eius, omniū que rerum, quæ ad ipsius Diuinitatē spectant, magnā Diuinarum rerum æstimationem cum ingenti sapore & dulcedine; in earum cognitione imprimendo, quarum gustu & experiētia perficitur magis ipsa cognitio, & eleuatur Spiritus ad accensos actus amoris Dei, & vni-  
tionis cū ipsius bonitate. **DONO S C I E N T I A E** perficit nos in cognitione rerum creatarum, suis nobis in spirationibus verum imprimens iudiciū, de eis faciendū, tum ratione eorum, quæ à Deo habēt; tū eorum quæ habēt à se ipsis; ex quo oritur, vt propter hanc **S C I E N T I A M**, *b arbitremur om-  
nia vt stercora, vt Christum lucrifaciamus.*

**S E D Q U O N I A M** oratio, vt sit perfecta, ad praxim debet accedere, & nō in sola cognitione & affectu sistere, sed fructū adferre in benè propositis & excellentibus operibus; ideo dono *cōsiliij* perficit cognitionē rerū particulariū, quas nobis proponere debemus, vt quæ Deus iubet, exequamur; & hac ratione, adiuuat nos Spiritus S. in oratione mērali; absq; cuius fauore, erit illa vaga, arida, & parū utilis. *c Ecclesi 4. 6.*  
Nā vt Sapiens ait, *c sicut parturientis, cor tuum phātasias patietur: nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio;* quasi diceret, patietur magnas distractiones, & multitudinē affectuū perturbatorū

*a Psal. 38 4.*

II.

III.

*b Philip. 3. 8.*

IV.

*c Ecclesi 4. 6.  
S. Bonauēt.  
de septem  
itine. praci-  
pue dist. 5.  
nota. 2.*



& inconstantiam, nisi Spiritus Sanctus, hominem visitans, illum suis inspirationibus colligat atque dirigat. Quare, cum ad orationem accedo, orandus mihi est Spiritus Sanctus, hanc ut mihi gratiam tribuat, dicens illi; O Diuine Spiritus, qui doces orare gemitibus inenarrabilibus, visita me hisce donis, & iuuua tuis illustrationibus; ut intellectus meus, Sanctas proferat cogitationes, voluntas affectus accensos, & reliquæ potentia, ad operum excellentia permoueantur. Amen.

III  
S. Thom.  
1.2. q. 63 a. 4

DEINDE perpendam, eundem Spiritum Sanctum, tribus illis donis PIETATIS, FORTITVDINIS, & TIMORIS DEI, nos perficere in operibus vitæ actiua, erga nostros proximos, erga nos ipsos, & erga Deum Dominum nostrum.

V.

Nam dono PIETATIS, perficit nos in operibus, erga nostros proximos præstandis, imprimens nobis Spiritum filiorum erga nostros superiores, & matris erga inferiores, & Spiritum commiserationis erga æquales; ut in visceribus charitatis, succurramus omnibus indigentibus & necessitatibus corporis & animæ, huius præcipue, eò quod sint maioris momenti.

VI.

Dono FORTITVDINIS perficit nos, in nobis ipsis, fortificando imbecillitatem carnis nostræ, eiusque timores reprimendo, & nos ad egregia & gloriosa Diuini obsequij opera permouendo, omni humano timore seposito.

VII.

Dono TIMORIS, perficit nos in ordine



ad Dominum Deum nostrū, imprimens nobis Spiritū reuerentiæ & demissionis; ita ut nos ipsos in eius conspectu, nihili ducamus, sed gloriā ipsi demus pro omnib<sup>9</sup>, quæ hisce donis adiuti præstamus; siquidē quidquid illud est, ab ipso habemus; & hac ratione nos impellit ad sequendū consiliū illud sapiētis; *in omnib. operibus tuis præcellēs esto;* & interdū ad altissima quædā & extraordinaria mouet, ut extraordinariā etiā donet nobis sanctitatem.

ULTIMO considerabo, donū CONSILII esse instar solis, in medio horum septē celestiuū planetarū, præferens nobis lumē, circa agenda in operibus vtriusq; vitæ, actiuæ & cōtēplatiuæ, ut rectē eligamus, quæ magis expediunt; modūq; locū, & tempus ea exercēdi: & quoniā res internę valdē sunt secretæ, possūt que in eis magnæ esse fraudes, e *transfigurante se Sathana in Angelū lucis*, subuenit Diuinus Spiritus dono CONSILII, ut sine fraude, veritatē quæramus, & occurrat nobis. Sed quoniam nemo sibi sufficiens est, inspirat nobis hoc dono admirandū quoddā consiliū, ut scilicet proprio consilio nunquam fidamus, sed recurramus ad eos consiliarios, quos ipse in sua Ecclesia constituit, iuxta illud Sapiētis, *si cor boni consilij statue tecū; non est enim tibi aliud pluris illo; credens, quod anima viri Sancti enunciat aliquādo vera, quā septē circūspectores, sedētes in excelso ad speculandū.* Et quoniā hoc ipsum est donū, & magna gratia Spiritus Sancti, tale cor boni consilij inuenire, & habere

d Eccl. 33.  
23.

S. Thom.  
2. 2. q. 52.

c 2. Corint.  
11. 14.

f Eccl. 37.  
7.

Cassianus  
coll. 16. c. 11  
§ 124



cor docile, ad eius consiliū sequendū, vtrum-  
que hoc donum ab illo petam, dicens; O Spi-  
ritus Sanctissime, à quo gratiæ cunctæ proce-  
dunt in bonū vniuersæ Ecclesię, inspira confi-  
liarijs meis consiliū quod mihi dent; mihi ve-  
rò tribue cor docile, illudq; conforta, vt illo-  
rum consilium sequar.

Prædictorum conclusio.

**E**X PRÆDICTIS in hac & proxima  
Meditatione, tria firma animæ decreta  
concipiā, quæ simul sunt apta media ad solici-  
tandū, & obtinendū frequentes Spiritus San-  
cti inspirationes, & vsum septem prædicto-  
rum donorum, in ea perfectione, quā diximus

I.

PRIMUM decretum siue propositum est  
plurimum confidere de bonitate & liberali-  
tate Spiritus Sancti, quod sit mihi hanc gratiā  
facturus, quantumuis imbecilli, ignaro, & ad  
malum propenso: nam iustis omnibus cuius-  
cunque sint status & conditionis, ipse com-  
municat hæc dona, desiderans tamen, ne otio-  
sa maneant. Et sicut *quatuor illa Ezechielis  
animalia, quæ habebant vultus hominis, leonis,  
bouis & aquilæ*, etiamsi adeo in naturalibus  
differrent, & vnumquodq; coram facie sua  
bularet, vbi tamen erat impetus Spiritus, simul  
eodemq; passu velocissimè gradiebantur, se-  
quentes alis sibi concessis, ipsius Spiritus im-  
pullum; ita etiam magno ingenio prædicti  
erūditi, tanquā aquilæ; generosi verò & ro-  
busti, tanquam leones, & qui ratiocinatione  
valent, sed constitutione sunt debiles, tanquam

• Ezechiel.  
1.10.

homi-



homines; & deniq; rudes & laboratores, sicut boues, possunt eodem passu in spirituali vita ambulare, & ad perfectionis eius culmē peruenire, alis subuecti virtutum & donorum, quæ Spiritus Sanctus illis communicat, sequentes impetu feruētis inspirationis. O Spiritus Diuine, siquidem non vis talenta tua esse otiosa, & pigrum ac nequam seruum castigas, qui ea defodit in terram, exerce in me dona, quæ mihi misisti, ad ea me opera excitans & mouens, quæ tibi maximè placent.

SECUNDUM propositū siue mediū est frequentare optimo, quo licebit modo, illa exercitia, in quib; Spiritus S. suas inspirationes cōmunicare solet: quia talia exercitia ex se illā vim habēt, vt ad easdē inspirationes nobis cōmunicādas eū prouocent; quæ exercitia propterea possumus, vt in libro Iob dicitur, *quasi*

*venas susurri Dei* appellare; aut, vt ait S. Gregorius, *aqua ductus*; per quos Diuina inspiratio venit in animam. Sunt autem hæc exercitia; *lectio* piorum librorū, & *auditio* concionū (nā in his solet inspirare lucē eius, quod legitur, vel auditur) *oratio*, & *meditatio*, in quibus cū Deo colloquentes, eundē ad loquendū nobiscum prouocamus; *sacra cōmunio*, & *sacrū missæ*, in quibus est ipsemet Christus, qui has inspirationes nobis promeruit, & simul cum Spiritu Sancto eas largitur. Et interdum erit vtile, modum illum orationis exercere, qui est per respiraciones, cuius facta est mentio in Introductione huius operis; cōiungendo

vide-

II.

b Iob. 4. 12.  
S Greg.  
lib. 6. c. 19.  
Et 20. causa  
rū origines  
quibus aspi-  
ratio Diui-  
na ad mentē  
ducitur.

Introductio  
nis §. 6.



videlicet singulis respirationibus affectum aliquem, aut suspirium, ex amore & desiderio, nunc Deum videndi, nunc nos liberos & expeditos à tantis miserijs.

## III.

S. Bern. ser.  
a. de pen-  
tentiâ. Da ho-  
morem Deo  
E age reue-  
rentiâ Spi-  
ritus San-  
cti, cuius  
vox sonat  
in aeribus  
etis.

c Cant. 4.  
16.

S. Bern. ser.  
51 in Can-  
tica.

S. Aug. in  
solilo. c. 18.

TERTIUM propositum siue medium est, gratias serîo agere, ob quodcunq; horum donorum, quod Spiritus Sanctus nobis communicauerit; iudicantes nos indignos, in quod illud conferatur; simul verò exactè implentes, quod nobis inspirauerit, siue illud pertineat ad vitam actiuam, siue ad contemplatiuam: magnaque quiete, sensis illis fruentes, quæ Diuinâ suâ luce nobis communicauerit, nam, qui gratum se exhibet pro inspirationibus & beneficijs acceptis, quibus etiam obsequenter vtitur & operatur, multo maiora recipiet in futuro. O Purarum animarum sponse, qui dixisti, c Surge & abi Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, vt eius arbores afflent fragrantia aromata: Expelle ex animâ mea Aquilonem illum, ventum ingrati tudinis & superbiæ, qui exsiccat fontes, & pluuias dispellit ingentium tuarum misericordiarum; mitte verò super me Austrum feruentium inspirationum, vt animæ meæ potētis, afflent multitudinem fragrantium operum, quæ Diuinis tuis oculis placeant; & meis proximis adferant vtilitatem, quibus ascendam de virtute in virtutem, donec eo perueniam, vt te videam in Sancta Sion in æternum. Amen.

MEDI-



## MEDITATIO XXVIII.

DE PLENITVDINE SPI-  
ritus Sancti, quæ data fuit Sancto  
Stephano, & quòd Christus  
ei, in Martyrio appa-  
ruerit.

**I**NTER discipulos illius temporis, *Actuum. 6.*  
vnus ex eminentissimis fuit San- *1. 23.*  
ctus Stephanus, primus inter se-  
ptem Diaconos, quos elegerunt A-  
postoli; de quo Sanctus Lucas qua-  
tuor commemorat, quæ huius Meditationis pos-  
sunt esse argumentum. Primum, Dona, quæ Spi-  
ritus Sanctus illi est largitus. Secundum, quàm  
benè ipse eis sit vsus. Tertium quos fauores à Deo  
sit expertus, propter bonum illū vsus; ac deniq;  
quàm felicem habuerit finem: His addi potest  
præmium, æterna scilicet gloria, qua fruitur.  
Quæ eadem puncta, argumentum esse possunt  
meditationum, pro festis aliorum Sanctorum.

## PUNCTVM. I.

**C**ONSIDERANDVM Primò, quàm fue-  
rit liberalis Spiritus Sanctus in S. Ste-  
phanum, de quo dicitur, quod esset plenus  
Spiritu Sancto; ex qua plenitudine, aliæ qua-  
tuor oriebantur. erat enim plenus GRATIA,  
SAPIENTIA, FIDE, ET FORTITVDINE;  
Vnde tanta in eo modestia, & morum suauis



tas exterior elucebat, vt nullum Angelicum referre videretur. *Prima* GRATIÆ plenitudo, exornabat cor eius cęlestibus virtutibus vt gratus Deo esset. *Secunda* plenitudo SAPIENTIÆ, intellectum eius Diuinarum veritatũ lumine illustrabat, vt cum voluptate sua illas penetraret, & alios vtiliter doceret. *Tertia*, quę erat FIDEI plenitudo, implebat eius animã, vt confideter Deũ oraret, & stupenda opera in hominum vtilitatem faceret: *Quarta*, quę erat FORTITVDINIS, inuictam eum faciebat omnibus suis hostibus, & constantem in persecutionibus, & laboribus tolerãdis: & propter omnes quatuor plenitudines, erat sicut Angelus, ducens in terreno corpore vitam Angelicam. Hęc dona gratis ei dedit Spiritus S. vt gratiæ suę diuinitas, nõ solum in Apostolis, sed in reliquis etiã discipulis ostenderet. sed proculdubio gloriosus hic vir, ad tanta dona recipienda magno se feruore disposuit, ipso tamẽ Spiritu S. eum ad id præueniente; cuius fauore, conabor quoq; ad ea obtinenda me excitare: siquidem non est abbreviata manus liberalissimihuius largitoris. Ipsum etiã S. Stephanum orabo, vt pro me intercedat: nã qui sua oratione, hęc & alia ampliora dona, Saulo Christi persecutori impetrauit, eadẽ poterit & mihi impetrare; & qui tãtũ valuit apud Deũ in terra existẽs; nõ min<sup>o</sup> poterit nũc in cęlo manẽs feruẽs gloriosus hic vir, in vsu & executione

II.

DEINDE perpendã, quã fuerit diligẽs & feruẽs gloriosus hic vir, in vsu & executione

done-



donorum, quæ à Spiritu Sancto acceperat, fauente ad id quoq; Spiritu Sancto. PRIMVM enim SAPIENTIAE dono utebatur, ad Christi Domini nostri legem, adeo admirabilibus & efficacibus rationibus prædicandâ, vt cum multi Iurisperiti Iudæorum, contra Stephanum disputarent, a non possent resistere sapientia, & Spiritui qui loquebatur in eo, quia illo plenus erat: In quo factò, cernebatur impleri, quod ipse Redemptor noster, discipulis suis promiserat dicens: in huiusmodi occasionibus, *b non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

a Actuum.  
6.10.

b Matt. 10.  
20.

c Actuum  
6.8.

DEINDE magna & viua fide, quam habebat, instructus, *c faciebat prodigia & signa magna in populo*, quibus doctrinam suam credibilem faciebat, vt Christiani omnes intelligerent, donum miracula faciendi, non esse tantum Apostolorum, sed eorum etiam, qui gratia & fide sicut ipse, pleni erant.

TERTIO in medio concilio, multis hostibus & falsis testibus circumdatus, qui contra eum graua delicta testabantur, non tamen propterea aut turbatus est, aut vultus sui grauitatem & modestiam amisit, quin potius eorunc magis resplenduit, ob testimonium conscientia suæ, & gaudium quod sentiebat, persecutionem pro Christo patiens, ita vt ipsi hostes, eum aspicientes, viderent faciem eius quasi faciem Angeli è celo delapsi, iuxta illud Iob, *d lux vultus mei, non cadebat in terram, quia nec contumelia, nec*

d Iob. 29.  
24.

falsa



falsa hostium eius testimonia, nec contradictiones, aut contentiones inter disputandum, efficere potuerunt aliquam in ipso mutationem, ut grauem lætamque serenitatem suam amitteret, aut aliquid faceret, cur sicut Cain præ pudore, concideret vultus eius. O Si daretur, posse imitari Angelicam purissimi huius bellatoris modestiam, ut nunquam facerem aliquid, cur vultus mei lumen, in terram concideret, pudore videlicet suffusus, quod illud admissem! Concede mihi, O bone Iesu, tantam in medio mearum calamitatum, animæ puritatē, ut ea ad gloriam tuam, manifestetur in graui lætoque vultu faciei meæ.

e Actuum.  
6. 51.

QUARTO magna animi FORTITUDINE, nullo hostium suorum timore, eorum duritiam & resistentiam grauissimè reprehendit, quæ *semper Spiritui Sancto resistissent legem, quam acceperant, non seruassent, & crudelitatem, qua Prophetas persecuti fuissent, & ipsum Christum occidissent.* Et quamuis eius aduersarij *dissecarentur cordibus suis, ac dentibus in eum striderent,* ipse tamen nihil timebat, quia virtute, ex alto erat indutus. Gaudeo O gloriose Stephane, de ista animi tui fortitudine, qua honorem tui Magistri ita propugnas: hoc honore eum afficiens, qui tibi conciliauit honorem; & ad mortem eius gratiâ te offerēs, qui vitam pro te posuit; impetra mihi ab eo, simile virtutē ex alto, ut in pugna imitatus, etiam coronam obtineam. Amen.



## PVNCTVM II.

**C**VM autem esset plenus Spiritu Sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei: Et ait: Ecce video cælus apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei.

à A. Fuun.  
755.

IN admiranda hac visione, perpendendi sunt extraordinarij Spiritus Sancti fauores, erga suos electos, & cui iustorum generi illos exhibeat, quibus occasionib<sup>9</sup>, & quas ob causas: vt hinc lucem hauriamus, ad causas & effectus Diuinarum visionum, & reuelationum cognoscendas.

PRIMUM autem aliquod mysterium habet, quod dicatur de S. Stephano, cum esset plenus Spiritu Sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei. Duo enim hic insinuantur, quæ dignum illum reddiderint, hac gloriosa visione. Primum, quod esset plenus Spiritu Sancto, & gratijs, ac donis eius. Secundū quod intendere in cælum, non tam corporis oculis, quam animæ; quia ad cælestia adspirabat & suspirabat, pro se & pro omnibus orans. huiusmodi enim fauores, vt plurimum exhibet Deus magnis Sanctis, & orationi apprimè & contemplationi addictis. Et quamuis non sit tutum, huiusmodi fauores expetere; at quum tamen est, non me reddere illorum indignum, sed procurare plenitudinem gratiæ & orationis, quæ ad eos recipiendos disponunt: siquidem omnibus eam promittit Deus, dicens

I :

V. Part. Medit.

T

per



b Zacha. 12

## II.

per Prophetam, b *effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem, Spiritum gratia & precum.*

DEINDE etiam habet mysterium, quod dicitur, *vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei.* significatur enim nobis; coeleste lumen, quod interiores oculos clarificat, & ad supremam contemplationem eleuat, duo precipue nobis patefacere, mysteria scilicet gloriae Dei, quae pertinent ad ipsius Diuinitatem & Trinitatem; & ipsum Iesum Christum, cum mysterijs gloriae eius humanitatis quae lux, modo quodam ad eum eleuato, haec mysteria reuelat, ut appelletur visio, quae nostrum (teste Apostolo) rapiat, ut illud per amorem c *transformet in gloriam Domini* quem vidit quasi ascendendo a claritate vna ad aliam maiorem claritatem. Ex hac enim visione, dona crescunt & gratiae, quae prius habebat, & quasi denuo repleatur Spiritu Sancto auget GRATIAM, SAPIENTIAM, ET FORTITVDINEM, repletu extraordinaria quadam laetitia, & interiori satietate, fructus modo quodam etiam in hac vita eo, quod dicitur Dauid, *d satiabor cum apparuerit mihi gloria tua.*

c. 1. Corin. 3. 18.

d Psal. 103. 35.

CAUSA E cur in hac occasione, Sanctus Spiritus viderit gloriam Dei, & ipsum Iesum stantem a dextris fuerunt; propter quas huiusmodi fauoribus Deus prosequitur suos electos. P R I M A causa fuit, ut etiam in hac vita, praemium redderet, propter obsequia ipsi praestita, in



illustri illa confessione, & testimonio de Christo in illo concilio præstito, etiam cum periculo vitæ. est enim Dei proprium & valde familiare, reddere extraordinarias gratias & fauores pro extraordinarijs seruitijs sibi exhibitis, & reddere etiam *e nunc in hoc tempore centuplum*, quàm pro illo fiat. Hinc excitabor ad feruentissimè seruiendum Deo; siquidem ad mensuram seruitiorum, gratiæ redduntur & præmia: nam & feruentioribus dixit Dauid, *f gustate & videte, quam suavis est Dominus, Beatus vir qui sperat in eo.*

e Marci. 10.  
30.

f Psal. 33.9.

SECUNDA causa fuit, ad illum corroborandum in illo congressu & labore, quem tolerabat, & animum illi adijciendum ad reliquum, quod supererat: præmium enim cum videtur, mirum in modum impellit, ad laborandum pro eo; & ducis præsentia, Spiritum & animum addit militi; certitudo quoque adfuturi Diuini subsidij, impellit ad pericula sine timore aggredienda. Vnde Sanctus Stephanus, Christum ducem suum, & auxiliatorem suum vidit ad dexteram Dei, non sedentem, sed stantem; vt intelligeret Stephanus, præsentem ipsum esse, & aspicere, qua virtute & alacritate pugnaret, & promptum se esse ad subsidium pugnantem adferendum, & ad mox descendendum pro ipso, vt redderet illi coronam. O I E S V dulcissime, adiuua paruum meam fidem, vt ea licet obscure, videam, quæ Sanctus Stephanus, ad eò clarè perspexit; trahere



ad cœlum Spiritum meum, vt præmium promissum contempler; ipsumque aspectum, quod tu me respicis; & auxilium, quod offers; vt constrictum cor meum triplici hoc funiculo, nullus labor, aut persecutio ab amore tuo separet.

TERTIA causa fuit, vt hac ratione, quæ oculatus esset testis veritatum & mysteriorum, quæ prædicauerat; quare mox atque illa vidit, eadem est iterum testificatus, magno sermone dicens; ecce *video cœlos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei*, atque si diceret attendite verum esse, quod hæctenus dixit, ipse oculis id nunc video. Video apertos esse cœlos, vt ingrediantur, qui in Christum credunt: video Filium hominis, quem crucifixistis, esse iam, sicut ipse vobis dixit, *g ad dextram virtutis Dei*; aspiciete & vos credite.

g Matt. 26.  
64.

HINC intelligam, huiusmodi fauores non concedi magnis Dei seruis, vt soli ipsi qui priuati, illis fruantur, sed vt prædicet, & manifestent eius gloriam, in utilitatem animarum, eas prouocantes, vt se disponant ad id videndum, quod ipsi vident, & credendum, & amandum, sicut ipsi credunt, & amant. O populus ille beatissimo Stephano fidem contulit; & oculos suos, eodem Spiritu in cœlum leuasset, quo ipse suos leuauit; procul dubio fuissent illustrati, & Diuino Spiritu impleti: paratus enim erat Christus Dominus noster, illum eis liberalissimè dare. Concedit



mihī, amantissime Iesu, viuā fide credere, quidquid nobis reuelasti, vt ex fide ascendam ad intelligentiam; & ex hac, ad contemplationem, ac demum ad claram tuæ Diuinitatis visionem in sæcula, Amen.

PVNCTVM III.

**E**XCLAMANTES autem voce magnā, <sup>a Actuum.</sup> continuerunt aures suas, & impetum <sup>7. 56.</sup> fecerunt vnanimiter in eum; Et eicientes eum extra ciuitatem, lapidabant; & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

**C**ONSIDERANDA hic est *Primum* providentiæ Diuinæ dispositio, circa suos electos, dum suos fauores erga illos, permittit esse occasionem tribulationis & persecutionis ipsorum; vt significet, quā ipse magnificat, quod quis ipsius intuitu patiat: si quidem ipsum eius erga aliquem studium, dirigit ad labores maiores sustinendos, quamuis exitus totius rei, sit augmentum gloriæ: sicut <sup>b Genes. 37.</sup> euenit Patriarchæ Ioseph, <sup>b</sup> cui Deus per somnium ostendit quasi solem & lunam, & stellas <sup>9.</sup> undecim adorare ipsum: quod cum Patri suo & fratribus retulisset, tum Pater suus eum increpauit, tum causa fuit, vt fratrum in eum odium & inuidia magis cresceret, & ab ipsis in cisternam mitteretur, & Madianitis in seruum venderetur. Idem ergo Sancto Stephano euenit: vt ego discā, si Deo charus ac dilectus ero, debere me ad magnos labores præparare, qui

I.



fortè initium sument, ab ipso Dei erga me studio & fauore. O Saluator dulcissime, etiam ipsi labores, tui amore tolerati, censendi sunt tui erga me fauores; dirige vitam meam sicut tibi placet, nullum enim tuum erga me fauorem maiorem existimabo, quam ut tuam de me prouidentiam, & dispositionem sequar.

## II.

DEINDE ipsum Sanctissimi huius viri martyrium, opprobrijs & tormentis plenum est perpendendum. Hostes enim eius, locutionis oculorum suorum in coelum, & Christi gloriam, iuxta martyris consilium viderent; *exclamauerunt voce magnâ* contra ipsum, tanquam blasphemum, & contulerunt aures suas, ne, quod ille dicebat, audiret, *instar leonũ, impetum facientes unanimiter eũ, pugnis & calcibus crudeliter & ignominiose percusserunt; & eicientes illum extra ciuitatem ibi eũ lapidauerunt.* Ipse verò gloriosus martyr tanquam mansuetissimus agnus, lapidum iussu in corpore suo suscipiebat, atque si iniussus esset adamas, nec vertens, nec abscondens vultum suũ, quin potius ut Ecclesia de eo canit, *lapides torrentis illi dulces fuerunt,* quam summam dulcedinem reputabat, pro suo magistro mortem oppetere, ipsaq; gloria, tanquam contemplabatur, dulce & iucundum illi reddebat, quidquid patiebatur. Nã corpus quidẽ cruciabatur in terra, sed Spiritus eius quasi translatus in cælum. O Dulcissime Iesu quam dulce est opprobria & dolores pro te

*S. Aug in  
Soli loq. c.*

*12. Tua dulcedo Stephano lapides torrentis dulcurauit.*



pati, e i, qui contemplatur, quantos tu pertu-  
 leris; & gloriam, quam illis tibi comparasti.  
 Vtinam c *torrente voluptatis tuae caelestis me*  
*potares*, ut dulces mihi redderentur lapides  
 d *torrentis iniquitatis & tribulationis*, quae  
 me conturbant & affligunt in terra, O Dilecte  
 mi, qui nosti e *me de petra educere, oleum q̄*  
 e *de saxo durissimo*, dulcora meos labores mel-  
 le tuarum consolationum, & oleo tuae laetitiae  
 ut in eis te glorificem in saecula. Amen.

c Psal. 35. 9.  
 d Psal. 17. 5.  
 e Deuter. 32.  
 13.

PUNCTVM IV.

**E**T LAPIDABANT Stephanum inuocã  
 a *te & dicentem, Domine Iesu, suscipe spi-*  
 ritum meum. Positis autem genibus clamauit vo-  
 cem magna dicens, Domine ne statuas illis hoc  
 peccatum; & cum hoc dixisset, obdormiuit in  
 Domino.

a Actuum.  
 7. 58.

CONSIDERANDVS hic est feruor, quo  
 gloriosus hic martyr, imitatus est Christum  
 Dominum nostrum, Regem martyrum, in om-  
 nibus, quibus licuit in suo martyrio illum  
 imitari, bis sicut Christus, orans: Primum  
 pro se, Spiritum suum Deo commendans; de-  
 inde pro suis inimicis, petens à Deo dimitti  
 illis: ut sic Magistri sui praeceptum exequere-  
 tur, quo dixerat; b *orate pro persequētibus & ca-*  
 luminiantibus vos. Hanc orationem fecit Sanctus  
 Stephanus magna reuerentia & feruore,  
 quod ostendit flectendo genua in terram, &  
 voce magna clamando; volens etiam  
 expirare voce magna, sicut ipse Christus.

I.

b Matt. 5.  
 44.  
 b Luca 6.  
 26.

T 4

O mi.



c Cant. 8. 6.

Omitem fidelissimum, verè imitatore[m] ca-  
piranei sui Iesu! O inuictam charitatem! O  
dilectionem ipsa morte fortio[re]m! Propter te,  
Stephanus beneficium & gratiã reputat mori,  
oratque pro ijs, qui eum offendunt; & quando  
illi, lapides in eum iaciunt, vt temporalem  
illi vitam adimant, simul ipse sagittas oratio-  
nis iaculat[ur] in cælum, vt æternam illis vitam  
impetret. Concede mihi, O bone Iesu, tuum  
hunc militẽ imitari, sicut ille te est imitatus,  
vt amem me odientes, & orem pro perse-  
quentibus.

II.

PERPENDENDA est deinde causa, cur  
Sanctus Stephanus; pro se, stans; pro suis vero  
inimicis, positis genibus, & magno clamore  
orauerit. Fortè id propterea fecit; quod pro  
se orans, certus esset se fore exaudiendũ; qui  
nullum in se impedimentum inueniebat, con-  
trarium ijs, quæ petebat; orans autem pro suis  
inimicis, aduertebat duritiem & rebelli-  
onem ex parte illorum, qua obicem ponebat  
ijs, quæ ipse pro eis petebat; ideoque Spiritu  
Sancti igne accensus, maiori cum reueren-  
tia, affectu, & clamore orauit, vt eius oratio  
exaudiretur; & ita re ipsa fuit: impetrauit  
eius conuersionem, maximi sui persecutoris  
Sauli scilicet; qui & lapidantium vestimen-  
ta custodiebat; & aliquos fortè lapides, pro-  
pria manu in eum iaciebat; quamuis omnia  
iecisse censendus videatur, per manus se-  
cutorum suorum.

Concl.



*Concipiam hinc proposita, pro meis inimicis feruenter orandi; mihi persuadens, quod pro alijs orare, medium fit commodissimum, vt exaudiatur oratio, quam pro me fundo; sicut euenit d Iob oranti pro amicis suis, qui tamen inimicorum opera in eum præstiterant.* *d Iob. 42. 10.*

III.

TERTIO perpendam causam, cur Sanctus Stephanus, prius pro se orauerit, Spiritum suum Deo commendans; cum Christus Dominus contra, prius pro suis inimicis orauerit, deinde, cum esset iam expiraturus, Spiritum suum Patri comendauerit. causa enim est, quia oratio incipere debet ab ijs, quæ sūt magis necessaria, & magis obligant, præcipue cum funditur tempore magnarum tribulationum & periculorum. Et quia Christus Dominus noster *non habebat necessitatem prius e Habr. 7. pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; 27.* peccatores autem magnopere indigebamus, vt pro nobis oraret, præsertim illi, qui illum crucifigebat, ne in abyssum inferni demergerentur: Hinc factum est, vt intima eius charitas, prius pro suis inimicis oraret: at Sanctus Stephanus & ceteri iusti, necesse habent pro se orare, maxime in mortis articulo, vbi maius est salutis discrimen: ideoque charitas in Sancto Stephano, cœpit ab eo, quod magis eum obligabat; & postea se extendit ad id, in quo eius perfectio magis elucebat, & in vtroque vult Christus Dominus noster, vt illum imitemur; quamuis prædicto ordine seruato; quia

T 5

chari-



charitatis lex obligat nos, prius nostram salutem procurare deinde aliorum. O Dulcissime Iesu, accipe Spiritum meum, & omnium fidelium, in vita & in morte, sub tua protectione; ut in terra tibi seruiens, postea te fruatur in caelo in aeternum. Amen.

Denique perpendam, finitis duabus hinc rationibus, Sanctum Stephanum *obdormisse in Domino*. Mori in Domino, est mori in Christo, coniunctum illi fide viva & charitate, sicut moriuntur Sancti Confessores; vel mori pro confessione Christi, sicut Martyres: & utraque mors est felix, & quae pretiosa in conspectu Domini, mors Sanctorum eius. Et (ut vox de caelo dixit Sancto Ioanni) Beati, qui in Domino moriuntur; quia iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos; atque diceretur, qui moriuntur in Domino, statim atque moriuntur, posse beatos appellari, nam postquam Christus mortuus est, (nisi forte purgandum aliquid haberent) iam patet illis portae caeli; & Spiritus Sanctus, quo pleni sunt, vult eorum mortem esse finem laborum ipsorum, & principium aeternae requiei. nam opera, quae in vita praestiterunt, quibus se ad mortem praepararunt, committantur illos magno honore, usque ad ipsum caelum. Talis fuit mors gloriosissima martyris Stephani, qui mortuus in Christo est, & pro Christo, qui ex ipso caelo illi apparuit, in conflictu, & ad illum venit cum

Psal. 115.  
15.

g. Apocal.  
14. 13.



millibus Angelorum, ut ipsius victoriam celebrarent; & qui paulò antè ab hominibus erat acclamatus blasphemus, nunc est ab Angelis Sanctus proclamatus, & qui fuit lapidatus lapidibus doloris, accepit h *coronam de lapide pretioso*, iuxta nominis ipsius Etymologiam. Ascendit clarissimis suis operibus comitatus, propter quæ fuit honoratus, & laudatus à Christo Domino nostro coram suo Patre, & collocatus in throno quodam eminenti inter Seraphinos, ubi lumine gloriæ vidit clarè Diuinam essentiam, bibitque usque ad satietatem ex copiosissimo torrente cœlestium deliciarum, absque vlllo eas unquam amittendi timore. O Fœlices labores, qui finem habent æternam requiem! O Dulces lapides, qui pretiosam ad eò coronam fabricant! O pretiosa mors, quæ initium est gloriæ ad eò, & æternæ vitæ! *moriatur Dñe anima mea morte iustorum.* Sit mea vita talis, quæ talem mereatur mortem, eaque dispositione ad eam me præparem, ut mea nouissima sint illorum similia, ut ascendā ad te fruendum, claris operibus, magnisque laboribus, pro iustitia ad maiorem tuam gloriam toleratis, comitatus. Amen.

*h Psal. 20. 4  
Stephanus  
Gracè coronā significat*

*i Numer. 23. 10.*





## MEDITATIO XXIX.

DE APPARITIONE CHRISTI  
Saulo facta, ac de admiranda  
huius conuer-  
sione.2 Actuum  
9.5.

a



ONVERSIO sancti Pauli  
euenit post Martyrium sancti  
Stephani, cui & successit  
sauiora predicationis Christi.  
Hominum enim machina, non  
preualent contra Deum: nam, si illi e medio  
lunt predicatorem, qui vitijs ipsorum bellum  
infert, vocat Spiritus Sanctus alium qui inferat  
multo acrius.

## PUNCTVM I.

a Actuum  
9.1.

Saulus adhuc spirans minarum, & cadens  
discipulos Domini, accessit ad principem Sa-  
cerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum  
ad synagogas: vt si quos inueniret huius  
viros, ac mulieres, victos perduceret in Ierusalem.

I.

PROFVNDAMENTO huius Meditatio-  
nis perpendendum est, quantus peccator fue-  
rit Saulus, qui ab adolescentia sua infixum  
habuerit cordi odium Christi Domini nostri  
& sanctæ legis eius; existimans, ex ignorantia,  
& falso zelo, obsequium se prestare Deo,  
si eum persequeretur. Et hinc ortum est, vt

mort



morti Sancti Stephani, consentiens, præsens  
 esset, custodiens vestimenta lapidantium, in  
 eo se oblectans quòd videret lapidari, & è  
 medio tolli eum, qui fidem Christi tanto  
 feruore propugnaret, quam ipse omnino de-  
 testaretur. Crescebat autem continuè adeò  
 eius odium, vt asserat Sanctus Lucas de eo, *b*  
*deuastabat Ecclesiã per domos intrãs, & trahēs*  
*viros ac mulieres, tradebat in custodiam.* Itaq; *b Actuum*  
 quòd esset ex tribu Benjamin, bene illi com- *8.3.*  
 petit, quod prædixit Iacob, *c Benjamin lupus*  
*rapax, mane comedet pradam, & vespere diui-*  
*det spolia,* nam à mane suæ iuuentutis, toto *c Genes. 49.*  
 die mane, & vesperi, lupi instar, persequeba- *27.*  
 tur oves Christi vsque ad mortem eas dilani-  
 ans. Et paruifaciens eas tantum persequi, quæ  
 erant in Ierusalé, facultatē petijt à principe  
 Sacerdotũ, eundi Damascũ; & quos ibi inue-  
 nisset Christum sequentes, vinctos perduce-  
 ret in Ierusalé, vt illos perderet; in quo & il-  
 lud Dauidis implebatur: *d superbia eorum, qui*  
*te oderunt, ascendet semper.* *d Psal. 73.*  
*23.*  
**DAI N D E** perpendam causas, cur Christus  
 Dominus noster, hoc totum Saulo permise-  
 rit. *II.*  
*Prima* causa fuit, quòd eum disponderet ad  
 magnam Sanctitatem, & ad altissimam perfe-  
 ctionis turrim eleuare, iactis prius profundis-  
 simæ humilitatis fundamentis altissimis; quæ  
 maxime eruuntur ex cognitione præterito-  
 rum peccatorum. Et ita factum est in ipso A-  
 postolo Paulo, qui hanc ob causam dicebat  
 postea, *e qui prius blasphemus fur, & persecu-*  
*tor, &* *e Tim. 1. 13.*

tor, &



1. Cor. 15.  
9.

g Eccli. 42.  
14.

h 1. Timot.  
1. 16.

tor & contumeliosus in Christum, f & quod  
esset minimus Apstolorū, & indignus qui vocaretur  
Apostolus, quia persecutus fuisset Ecclesiam  
Dei. Huius Apostoli exemplo, hunc fructum  
ex peccatis, quæ aliquando commisi, elicere  
discam. Id enim est, quod dixit Spiritus S.  
melior est iniquitas viri, quam mulier benefa-  
ciens. Nam viri feruentes, ex peccatis solent  
accipere magna motiua, vt insigniter crescunt  
in virtutibus, præcipuè humilitate erga se, &  
charitate erga Deum, qui ea illis dimisit; con-  
trà verò languidi, & remissi, ex suis bonis o-  
peribus, vanitatem potiùs, & arrogantiam eliciunt.  
Secunda causa fuit, vt ostēderet Christus in ipso Saulo,  
inæstimabiles gratiæ suæ diuitias, & infinitas virtutes,  
& perfectiones. ostendit enim charitatem, eum diligēs, a quo  
ipse in tanto odio habebatur; bonitatem, eum  
vocans qui ipsum fugiebat; omnipotentiam, emolliens cor  
ad eum induratum, patientiam suam, tolerans, & expectans  
eum, qui ipsius persequebatur; misericordiam, admitte-  
ns eum ad pœnitentiam, & liberans à tot miseris  
efficacitatem denique gratiæ suæ, replens eum  
proximis virtutibus eum, qui abominandis vitiis  
plenus erat. Et ita idem Sanctus Apostolus ait  
h ideo misericordiam consecutus sum; vt in  
primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam,  
ad informationem eorum, qui credituri  
essent illi, & obtenturi vitam æternam; Et  
ostendit Christus in Saulo, præ alijs peccatoribus,  
omnem suam patientiam, hoc est per-

fectus



fectissimam, ita etiam ostendit omnem charitatem suam, bonitatem, misericordiam, liberalitatem & omnipotentiam. Et ut degens adhuc in terra easdem virtutes ostendit erga Magdalenam, Matthæum, Zacchæum & alios peccatores; sic post suam in cœlum Ascensionem, easdem præcipuè ostendit in Saulo; ut intelligamus, eum semper eundem esse, in amore erga peccatores, & in benefaciendo illis: ac propterea semper debere nos confidere, quòd possimus ab eo veniam peccatorum, & morum nostrorum mutationem obtinere: siquidem nec Charitas, nec bonitas, nec misericordia, nec potentia ad id præstandum, illi deest.

TERTIA causa fuit, ut idem Saulus cautelæ nobis esset, & exemplo: cautelæ quidem ut ex eius lapsu cauti reddamur, ne finamus nos abripi ab excitatâ nostrâ naturâ, aut indiscreto zelo, aut irâ furiosâ, etiam velo religionis obductâ: quia facillè hæc nos precipites trahent in peccata innumera, proficiendo semper in peiora: Ex altera verò parte exemplo nobis sit; ut, si contingat in ea nos trahi, studeamus converti ad Deum, exemplo eius conversionis, & mutatæ vitæ; quæ fuit ex maximè admirandis, quas Christus fecerit ad nostram instructionem: & hoc spiritu meditanda est, ac perpendenda.



## PUNCTVM. II.

a Actuum  
9.3.

ET cum iter faceret, contigit, vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de caelo: & cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris.

I.

PERPENDENDA hic primum est infinita Christi Domini nostri Charitas; qui cum sederet in caelesti suo Throno, ad dexteram Patris, non est dedignatus ad terram descendere, & ipsi suo persecutori apparere, sicut post suam Resurrectionem apparuit Petro, Iacobo, & alijs, vt testificatur ipsemet dicens: b nouissimè omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi, quasi diceret, postquam Christus reliquis apparuisset, vltimo tandè apparuit mihi, tanquam abortiuo (qui extra delictatum suum tempus, violenter nascitur, nec iustæ quantitatis) quia sum minimus Apostolorum. Quæ apparitio, maius fuit indicium Charitatis Christi, quàm reliquæ; illæ enim fiebant amicis, & discipulis, qui illum quærebant, & cupiebant videre; hæc autem in inimico, & persecutori & qui eius nomen, & omnium discipulorum eius, omnino abolere cupiebat. Impleuit autem Christus in hac apparitione, tanquam bonus Pastor, quod alibi dixerat de eo, qui c relictis nonaginta nouè milibus in deserto, vadit ad illam, que perierat. Eadem siquidem Charitate, ad hanc quærendam descendit, qua reliquas quæsiuit. O ignis infinitæ charitatis, qui ardens in corde Iesu, non

b 1. corint.  
15.8.

c Luc. 15.4.

potest



potes occultari, quin potius quotidie novas  
emittis flammās, ut omnes tuo amore accen-  
das. Magus ille fuit amor, permittere d te in  
ueniri à non quærentibus te, & palam apparere  
ijs, qui te non interrogabant. Sed hoc die ulte-  
rius multò progressus es, appatens ei, qui te o-  
derat; & te ostendens ei, qui furore incredibi-  
li te prosequabatur; & pro igne, qui eius cor-  
pus ambiens, ad consumendum accenderet,  
circundas illum lumine de cælo, quo anima  
eius conuertatur. Gratiās tibi, amantissime  
Iesu, ob inditia quæ præbes tæci amoris, illu-  
mina quæso animam meam, ad ea ita agnos-  
cando, ut eorum particeps fiam. Amen.

d Isaia 69. 1.  
d Rom. 10.  
20.

DEINDE perpendā proprietates cœle-  
stis huius lucis, quæ S. Paulū circumfulsit; ex  
quibus conijciuntur proprietates lucis inter-  
næ, quā sua illustratione Deus infundit ani-  
mis peccatorum, ut conuertantur. PRIMA  
est, quod venerit subito instar fulguris, cum  
Saulus minimè eā speraret, imò cum minimè  
eā mereretur: quia cōsuevit Deus, huiusmodi  
illustrationes mittere, cum eius maximè ob-  
liuiscimur, & quando, ob cordis duritiem, eis  
indigni sumus. O Deus omnipotens, qui  
in manibus abscondis lucem, & postea præcipis  
ei, ut rursus adueniat, & annuncias de ea amico  
tuo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascen-  
dere, manifestas, inquā, illā, & eius possessionē  
tuis amicis tribuis! quid tibi reddemus pro in-  
finita charitate, quā ostēdis, dū etiā ipsos tuos  
inimicos participes eius efficiis, iubens eā re-

## II

Proprietates  
illustrationis  
cœlestis.

e Job. 36. 32.



pentè prodire, vt eos in amicos conuertas. Lube, Domine, eam prodire, & ita cordis me secretum illuminare, vt à terrenis illud euellens, transferat ad æterna & cælestia.

SECUNDA proprietates fuit, quòd retardauerit gressus Sauli, cum iam esset prope Damascum, (quæ vox significat sanguinè) vbi cupiebat sanguinaria sua proposita exequi, illumque in terram prostrauerit, humilians eius superbiam, & reprimens eius iræ impetum. Itaque quamuis Deus Dominus noster, ipse per Oseam dixit, aliorum peccatorum

f Osee 2. 6.

sepia spinis, vt vi quadam, & calamitatibus, misericors illos ad se trahat; Sauli tamen viam non spinis, & calamitatibus sepiauit, sed lumine, trahens illum blandè, & comiter: & ipse

g Actuum 22. 6.

met Apostolus, dum suam conuersionem refert, ponderat, fuisse, *g ipsa media die, cum lucida*

*copiosa ipsum circumfulsit*; hoc modo inuenit quòd cum eius furor, ad malitiæ & superbiam culmen peruenisset, tunc Christus Dominus eum continuerit; qui sicut media die cõscendit crucem, vt amoris sui erga nos feruorem ostenderet, ita in meridie venire voluerit, vt copiosa sua luce Saulum circumfulgens conuerteret; sic ostendens singularè suum amoris quo ipsum prosequeretur; vt propterea de ipso dicere potuerit *h in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Et quo apparet, proprium esse Diuinæ illustrationis, gressus peccatorum ita interciderè, vt suis peccatis cessare, & in prauis propositis

h Galat. 2. 20.

per-



pergere faciat: sed cū praua illa proposita, al-  
 tas iā habent in animo radices, necesse est lu-  
 cem illam esse valde copiosam, vt re ipsa mu-  
 tentur. O felix Saule, quem aded copiosa lux  
 coelestis circumfulsit! benè licet tibi hac oc-  
 casione vsurpare illud Dauidis, *i nisi quia* i Psal. 93.  
*Dominus adiuuit me, paulò minus habitasset in* 7.  
*inferno anima mea*: Nam tuum illud iter Da-  
 mascum, citò illam demersisset in profundū  
 inferni, nisi Deus illud impediuisset! Ora-  
 eundem Dominum, qui gressus tuos prohi-  
 buit, vt magnam mihi lucē tribuat, quæ meos  
 etiam prohibeat; & humilians meam super-  
 biam, iramque refrenans, ad ipsam vsque  
 terram prosternat; vt in me ipsum reuersus,  
 ad ipsum Deum omnino conuertar. O Deus  
 animæ meæ, quamuis viam meam spinis se-  
 pias, necesse etiam est, luce tua me circumful-  
 gere, vt ad te couertar; ne quæso secunda hæc  
 seps & maceria desit, ne à perfecta conuersio-  
 ne defrauder.

TERTIA proprietas fuit, quod illa lux,  
 omnes partes supra & infra, & ad vtrumque  
 latus, ita Saulum *circumfulserit*; vt nihil vide-  
 ret, nisi per eam: quo significetur, coelestem  
 lucem, quando perfecta est, circumfulgere  
 hominem ex omni parte, ita vt nihil respi-  
 ciat, nisi cum ea, & per eam, res nimirum  
 coelestes contemplans, absque vlla rima,  
 qua videat terrenas, nisi cum ordine ad  
 æternas. *k O lux vera, qua illuminas om-* k Ioan. 1. 9.  
*nem hominem vententem in hunc mundum,*



circumda me hac tua lucis materia, ne inani voluptate res terrenas, sed verâ tantum celestes aspiciam.

QUARTO perpendenda sunt verba, quæ in hac apparitione Christus Saulo dixit; *Saule, Saule, quid me persequeris?* in quibus eius amor multis vijs apparet. Primum quia volens illum reprehendere, id facit, non asperè, aut pungentibus verbis; sed blandè, & amantè: vocat enim illum bis, *Saule, Saule*, sic insinuans quòd illum amaret, & ex proprio nomine nosset; & ut magis eum excitaret, & attendere faceret ad ea, quæ ipsi dicturus erat. dixit autem, *cur me persequeris?* quasi diceret, quam tu causam habes me persequendi? refer mihi illam, ego tibi satisfaciam, quòd si causam non habes, cur me gratis persequeris? O Amor immense creatoris nostri, qui non contemnit subire iudicium, & ad rationum pòdas venire cum seruo suo, & adeo vili creatura, & ab ea petere, cur ipsum persequatur: cum posset, si vellet, vno verbo in nihilum eam redigere.

1 Iob. 31. 13

OSTENDIT etiam suum amorem, quòd persecutionem in discipulos, ut suâ accipiant. Nam, cum, Saulus illos persequeretur, ipse Christus conqueritur, *cur me persequeris?* Et qui in cruce non est conquestus de ijs, qui ipsummet persequerentur, nunc loquitur, & conqueritur de eo, qui ipsum in suis discipulis persequitur, magis sentiens illorum labores, & calamitates, quàm proprias. Quis ce

no



non diligit, O Iesu amantissime, qui ita eos diligis, qui te diligunt, quis audeat seruos tuos persequi; siquidem qui eos persequitur, te ipsum in eis manentem persequitur!

HINC intelligam, proprium esse boni Spiritus, inspirationibus suis, simulq; coelesti luce loquentis ad cor peccatoris, reprehendere malum quod facit, ut erubescat; & internè illi dicere, homo, homo, cur me persequeris? O Anima mea, si scires quis ille sit, qui tibi loquitur, & quem tu persequeris, & quis tu sis, qui persequeris illum; & quæ sit ratio, cur illum tuis peccatis persequaris; erubesceres procul dubio, te talia facere; & desisteres persequi, quem sequi potiùs deberes, ei que seruire. Hæc tria reuelauit Christus Dominus noster Saulo, ut mox apparebit.

## PUNCTVM III.

**D**IXIT Saulus, quis es Domine? & ille, *ego sum Iesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare.* *a Affirmatio  
95.*

CONSIDERANDVS hic est modus, quo Christus Dominus noster, luce sua sensim Paulum illustrauit; non vno influxu sed gradatim, inspirando illi primum, ut aliqua interrogaret; & responsa ei reddens; in quibus, canquam in semine, later tota perfectio Christiana.

PRIMUM luce sua caelesti, infudit illi Christus Dominus magnū desiderium sciendi *I  
Cognitio  
Dei & sui  
quis ipseus.*



quis ille esset, quem sibi loquentem audiebat: est enim proprium eorum, qui cum Deo agunt, & lucem eius aliquam acceperunt, feruenter statim desiderare, amplius eum cognoscere; quia *hac est vita aeterna, cognoscere Deum viuum, & verum; & quem ille misit filium suum Iesum Christum.* Hoc itaque desiderio motus Saulus interrogauit, *quis es Domine?* Atque si diceret: reuela mihi clare, quis sis, ut sciam quem persequor; & distam à malo, quod ago. Vocat verò illum **D O M I N U M**, ex magno respectu, & reuerentia ad excellentiam, & maiestatem ipsi loquentis.

II. **CHRISTVS** Dominus noster huic interrogationi respondens, plus docet, quam fuerit interrogatus: manifestauit enim quis esset persecutor, & quis ille, quem persequeretur. *Ego, inquit, sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris:* atque si diceret; tu interrogas, quis ego sim, & ego tibi dico, quòd sim Iesus, Saluator ipsius met, qui me offendit & persequitur; & si vis scire, quis tu sis; scias, te persecutor esse illius, qui te cupit saluare, & sanctificare. Hinc apparet, quòd sit Christo Domino nostro familiare cœlesti sua virtute docere nos simul, quis Deus sit, & quis sit homo; quis sit Iesus, erga peccatorem; & quis peccator erga ipsum Iesum: nã istæ duæ noticiæ, simul coniunguntur, & mutuo se se iuuant: si enim altera alteri cõferatur, magis eminebit tũ ex

cel-



cellentia, bonitas, & Charitas Dei Saluatoris nostri; tum è contra vilitas, malitia, & ingratitude hominis peccatoris, nam quò potest ulterius progredi bonitas, quàm vt sit Saluator eius, qui ipsum persequitur! & contra, quò potest alterius malitia proficere, quàm vt eum persequatur, qui ipsum saluare velit?

IN HIS duabus rebus oportet profundius insistere, sicut tota vita sua fecit ipse Apostolus: cui adèd hæc verba fuerunt infixæ, vt & in corde, & in lingua semper haberet ipsius IESUM; prædicans eius excellentias; opus Redemptionis nostræ; & meritum, quod habuit ad illam; pretium, quod illi constitit; & inestimabiles diuitias, quas nobis promeruit: his verò coniungens vilitatem suam, & miseriam; & simul ingritudinem, & malitiam offendentis excelsum adèd Saluatorem, qui mera misericordia illum, pretio sui proprii sanguinis redemit, & infinitos gratiæ, & gloriæ thesauros comparauit. O Amantissime Iesu, nouerim te, & nouerim me! Me nouerim, vt horream, contemnam, & in me castigem scelera, quæ commisi: Nouerim te, vt diligam, laudem, obediam, ac seruiam, ob innumera beneficia, quæ à te accepi. O gloriose Apostole, impetra mihi ab isto tuo dilecto, radium aliquem lucis cœlestis, vt nouerim quis fuerit, sitque Iesus erga me; & quis fuerim ego, & nunc sim erga ipsum; vt ea luce illustratus, incipiam nunc amare, quod horream

*Quinq; excellentia Saluatoris.*



Corinti  
II. I.

III.

& horrere, quod prius amabam, & factus imitator tui, sicut fuisti tu Christi Saluatoris nostri

Denique perpendam verbum illud Christi ad Saulum. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare*: quasi diceret, sicut qui calcitratur contra stimulum, non stimulo, sed sibiipso nocet; & quod maiori impetu calces mittit, eo grauius accipit vulnus: ita, qui resistit Deo & eius inspirationi, qua ille nos urget ac stimulat, ut illi seruiamus; nihil ipsi Deo nocet, sed sibiipso plurimum; & quo resistit magis, eo damnum est maius. Aspice anima mea, quid facias, cum Diuinae voluntati, eiusque sanctae inspirationi resistis: nam, etsi grauem ei inferas iniuriam, sed nullum tamen eius personae inferas detrimentum; cum tamen tibiipso inferas grauisimum: nam eam resistentiam, conuerteris tota in sanguinem, culpam te inficis, & ream constituens horrendarum poenarum. Redas ergo super te ipsam, & sequere iucundos inspirationis Dei stimulos; amplecti quod tibi suggerit; & exequens quod iubet quia, ut est durum, & graue illi resistere; ita dulce est, & iucundum eidem obtemperare.

PUNCTVM. IV.

a Actuum  
96.

ET SAULVS tremens, ac stupens dicitur Domine, quid me vis facere? & Dominus ad eum; surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.

I.

PERPENDENDVS Primò est tremor ille corporis, & stupor siue admiratio ipsius Sauli.

Sauli



Sauli; qui ortum habuit ex his, quæ vidit, & audiuit: tremens ob iniurias tanto Domino illatas; & admirans, ac stupens, tam ignorantiam, & temeritatem suam, quàm bonitatem, & misericordiam; qua Deus non sustinisset solum, sed etiam descendisset è cælo, ad illum vocandum, & eius deceptionem relegendam. Omnes hos effectus consuevit efficere lux cælestis in anima peccatoris, quem circumfulget iuxta illud Dauidis, *b illuxerunt coruscationes tuae orbi terræ: commota est, & contremuit terra.* Fulgura enim sunt Diuinæ illustrationes, quibus terrenus peccator multa videt, quæ prius non videbat: nam videt gravitatem sui peccati, & supplicium, quod est promeritus; bonitatem Dei, quæ ipsum sustinuit; & beneficia, quæ in illum contulit. Quæ & alia, dum videt, timet, tremat, & contremiscit totus; & exit quasi extra se, præ admiratione & stupore. O Deus æterne, mitte huiusmodi illustrationes in regiones infidelium, & in animas omnium peccatorum; vt videant & tremant, & deserant locum suum, hoc est peccata sua, vt tibi fideliter seruiant.

*b Psal. 76.  
19. & 96. 4.*

II.

DEINDE consideranda Secunda illa Sauli interrogatio, orta ex abundantia interni luminis, & perfectissimâ obedientiâ, ac subiectione, qua se omnino dedit Christo, dicens: *Domine, quid me vis facere?* atque si diceret; en hic sum, promptus & paratus, vt faciam & patiar pro te, quidquid tu volueris, tam in poenam præteritorum peccatorum meorum,



c Psal. 76.  
11. 41.

S. Thom. 2.  
2. q. 113. a.  
10.

d Luca. 18.  
41.

III.

rum, quam pro gratiarum actione, ob hæc præsentia beneficia. iube, & statue, quod tibi placet, ego enim exequar. c. *O mutationem dextera excelsi!* O efficacitatem lucis celestis, quis alius præter omnipotentem Deum, talem mutationem tam subito efficere potuisset? quæ alia lux, nisi celestis, potuisset ex tempore tot fraudes retegere? qui prius oderat Christum, nunc diligit; qui existimabat illum esse legis præuaricatorem, nunc habet pro legis latore, cui debeat obedire; qui eum persequabatur, nunc se offert ad sequendum, & eundem prædicandum, quamvis propterea ipse sit ab alijs persequendus; qui prius iudicium, & voluntatem propriam tenaciter sequebatur, nunc illa resignans, subijcit voluntati Diuinæ, Concede mihi, O bone Iesu, ut perfecta resignatione semper tibi, & ijs qui tu sunt loco, dicam; *Domine, quid me vis facere?* est enim mihi in votis facere, quidquid tu velis & per eos mihi præceperis. Nolo mihi dicere, quod quondam illi cæco, eius imbecillitati te accommodans dixisti: *quid tibi vis faciam?* ne inquam mecum agas, tanquam cum ad eum imperfecto, ut meo desiderio velis condescendere: non enim par est, ut ego tuam voluntatem ad meam traham; sed oportet ut mea tuam sequatur.

TER TIO perpendam responsum Christi Domini nostri: non enim in ipso itinere, & ebiter dicere illi voluit, quæ esset factururus; sed *ingredere*, inquit, *Ciuitatem, ibi ex instituto*

dicat



*dicetur tibi, quid te oporteat facere. non enim vult Deus res tanti momenti, atque sunt nostræ salutis, & ipsius gloriæ, ruditer & obiter tradi. Quamvis enim omni loco & tempore, subito & in momento, immittat ille suas illustrationes, sicut qui sementem iacit in terram; at, ut fructum ferat temporaneum, eligit locum, & tempus conveniens, sicut fecit cum Saulo, ut infra videbimus.*

DE NIQUE perpendam, quod ut Sanctus Lucas refert, *e viri illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* In quo proponitur nobis altitudo & profunditas Diuinorum iudiciorum, in vocatione peccatorum: nam cum Saulus haberet multos comites improbos, & qui etiam persequerentur Christum, sicut ipse; & ipse omnium esset pessimus; nihilominus Deus illum solum in hac occasione efficaciter vocavit, ad fidem suam conuertit, & in gratiam & amicitiam suam recepit, alijs relictis: ut hinc eius bonitatem extollamus in eo, quem elegit; inde verò tremamus, ob eius iustitiam erga illos reiectos: præcipuè cum qui vocatus est, esset vnus tantum Saulus; reiecti verò fuerint multi, qui illū comitabatur. sed in utroq; tamè venerari oportet iudicia Dei, & obuiare querelis, quæ in errate nostro iudicio contra ipsum insurgunt, *f Rom. 9. 20.* dicentes quòd ipse Apostolus dixit. *f O homo tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? An*

IV.

c. Actuum.

9. 7.

f Rom. 9.

20.

non



f Rom. 9.  
20.

g Rom. 11.  
33.

h Actuum.  
22. 9.

non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? g O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, ut propterea aliquid retribuatur ei, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, gloria in secula, Amen.

HINC prouenit, ut comites illi Sauli, non audirent ipsius vocem, & quid loqueretur, & non viderent lumen, quod circumfulsit illum, sed ut idem Apostolus dixit, vocem non audiuerunt eius, qui loquebatur cum eo, illam videlicet Sauli, Saule, quid me persequeris, nec alteram illam, ego sum Iesus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. Quare etiam admirarentur Saulum in terram cecidisse, & terrena loqui, non tamen propterea tunc ipsi mutati sunt, aut conuersi, quamuis occasione ex eo accipere potuerint ad id postea faciendum, sicut fas est credere aliquos id fecisse, exemplum secutos eius, quem ducem habebant, & audientes eum distinctius narrantem, quae in illo itinere euenissent.





MEDITATIO XXX.

QVID SAULO EVENERIT, in illo triduo post hanc apparitionem, ac de plenitudine Spiritus Sancti ipsi communicata.

PUNCTVM I.

**S**URREXIT Saulus de terra, a *a Actuum.*  
pertisque oculis nihil videbat. *9. 8. & 22.*  
Ad manus autem illum trahentes, *11.*  
introduxerunt Damascum

I.

PRIMUM considerabo, Saulum toto tempore, quo visio illa, & colloquia cum Christo Domino durarunt, mansisse prostratum in terra, quo eum lux caelestis proiecerat, ut humiliaretur, & ut maiori reuerentia videret, audiretque ea, quae Christus Dominus illi dicebat; simul verò cum ipso casu debilitavit ipsum corpus, ut solet euenire in huiusmodi visionibus. ita enim accidit Danieli, qui post grandem quandam visionem, ait *b Daniel.*  
*10. 8.* suam immutatam fuisse, & se emarcuisse, nec habuisse quidquam virium; ut nobis significetur, quòd huiusmodi visio rerum Dei excellentium, debilitet vires carnis: sicut Iacob cum vidit Deum, *c Genes. 32.*  
*31.* claudicabat pede; ita qui in contemplatione res videt aeternas, debilita-

cur



tur eius amor ad temporales. O Deus æterne, mitte lucis tuæ radios in meum Spiritum; vt furiosæ carnis meæ passiones debilitentur: prosterne me per humilitatem, vsque ad abyssum pulueris & nihili mei, vt efficiar dignus eleuari ad contemplandam tuæ Diuinitatis & humanitatis abyssum. Amen.

## II.

DE INDE perpendam, Saulum mox atque audiuit Christi Domini nostri mandatum, cui dixit SVRGE, tanquam obedientiæ filium, surrexisse, & incepisse exequi quod statuerat. cum dixit, *Domine quid me vis facere?* Nec solum corpore surrexit è terra, sed etiam Spiritu erigens se ex cæno suorum errorum, & peccatorum, euigilauit è profundo somno in quæ iacuerat; & reiectis terrenis affectionibus quæ cor eius terræ affixum habebat, ad nouam vitam resurrexit. Inde accepit Sanctus Apostolus documentum, quod postea nobis dedit, dicens, *d surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Audi, anima mea, apostolicum hoc consilium, ex propriæ experientię libro deductum; & erige te ex terra, qua tuâ culpâ iaces; euigila è somno, quo torporem tuum iaces oppressa; resurge ad nouam vitam, mortuis operibus reiectis, & Christus Dominus tuus illuminabit te, lumine gratiæ; vt possis postea eundem videre in lumine suæ gloriæ.

d Ephes. 5.  
14.

## III.

e Actuum.  
22. 11.

TERTIO perpendam, Saulum, etiam in partibus oculis, nihil vidisse, quod fateatur ipse met euenisse, e præclaritate luminis illius, quo

illu



illum circūfullerat: vt significetur, quòd lux  
 cœlestis, animæ quidem oculos aperiat, sed  
 claudit corporis. tantam enim adfert rerum  
 æternarum existimationem, vt propensionem  
 auferat videndi temporales. Ex quo fit, vt qui  
 sunt contemplationi valde dediti, etsi cor-  
 poris oculos habeant; non tamen videant: eò  
 quòd non vrantur illis curiosè ad res vanas,  
 & quæ animæ aspectum interturbare possint.  
 O lumen cœleste, veni, & internos oculos  
 meos illustra; vt tanta claritate intueantur  
 suum creatorè, vt externi omnino claudatur,  
 ne vanè conijciantur in creaturas. O anima  
 mea, claudè, & mortifica corporis visum, vt  
 clarificet in te Deus visum Spiritus.

PUNCTVM II.

**E**TERAT *ibi tribus diebus non videns, &* <sup>a Actuum.</sup>  
*non manducauit neque bibit.* <sub>9.9.</sub>

I.

CONSIDERANDVM Primò, quod Chri-  
 stus Dominus noster, totos illos tres dies,  
 contineret Saulum in ciuitate, eiusque Ba-  
 ptismū, & Spiritus Sancti plenitudinè distu-  
 lerit, vt interim ipse catechizaretur, & in fi-  
 dei Sanctissimæ Trinitatis mysterijs benè in-  
 strueretur, & se ad Baptismum, qui in nomine  
 trium personarum confertur disponeret. Et  
 sicut Christus Dominus noster, antequam  
 glorificatus resurgeret, triduo mansit in  
 sepulchro; ita voluit suum hunc Apосто-  
 lum, triduo manere in sepulchro con-  
 templationis, antequam resurgeret per

Baptis-



Baptismū: reliquos Apostolos fecit expectare in ciuitate decē dies aduentū Spiritus Sancti. Saulum vero tres tantum: voluit enim accelerare vasis huius electi præparationem, vt statim posset eo vti ad suum ministerium.

## II

DEINDE perpendam, quæ exercitia habuerit Saulus illo triduo, vt in quo licet ipsum imitari, id studiosè faciam. PRIMUM toto illo tempore, nihil vidit oculis corporis, quia præter causam proximè dictam, interiorum animæ aspectus, omnino impediebat externum. DEINDE nec comedit, nec bibit; quia voluptas & suspensio animæ, fecit eum obliuisci cibi corporis. Tertio orabat continuè, sicut ipse Christus Ananæ dixit, *b ecce enim orat.* His exercitijs se præparauit ad Baptismum, & ad Apostolatū; hoc exemplum docens, tria illa, *modestiam* in aspectu, *strictum ieiunium*, & *continuatam orationem*, valde disponere hominem ad magna dona à Deo impetranda; quia tria illa valdè se mutuò iuuant. modestia enim oculorum, & ieiunium orationem valde perficiunt; & ipsa oratio modestiam & ieiunium (alioqui aspera) reddit iucunda.

b Actuum.  
9. 11.

## III.

TERTIO perpendam, quantas gratias, fauoreſq; contulerit Christus Dominus nobis Saulo, in illo triduo, erga quem præstitit nobis invisibiliter munus Magistri, sicut erga ceteros Apostolos præstitit nobis visibiliter. Nam hoc tempore, illi reuelauit, ac patefecit omnia mysteria nostræ fidei, copiosissima quædam

celeſtium



coelesti luce, quo posset illa omnibus gentibus prædicare. Hoc colligitur ex suavissimis verbis Ananiæ ad ipsum, quæ ipse Apostolus refert; *c Deus Patrum nostrorum præordinavit te, ut cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius: quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti, & audisti.* Hoc itaque triduo, reuelavit illi Deus suam voluntatem, vidit Christum, eiusq; mysteria; ex cuius ore didicit eius doctrinam, ut testis esset eorum, quæ vidisset, & ab ipso merito Salvatore audiuisse: & ita dixit Galatis, *d se non ab homine accepisse, & didicisse Euangelium, sed per reuelationem Iesu Christi.* O virum felicem, cui Deus sola sua misericordia, tantam ostendit gratiam & fauorem! O Deus animæ meæ, concede mihi, ut & ego tuam voluntatem agnoscam; & viuæ fidei oculis, videam Iustum Iesum Christum Dominum meum; audiamque verba, quæ ipse loquetur ad cor meum, ut tuus possim esse testis, & tuas excellentias ita promulgare, sicut credidi, & delibavi; implens in omnibus sanctissimam tuam voluntatem. Amen.

ALIQVI ex Sanctis Patribus dicunt, in hoc triduo accidisse visionem illam & stupendam reuelationem, quam ipse Apostolus his verbis describit: *e scio hominem siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum usq; ad tertium cælum, & raptum in paradisum, & quod ibi audiuit arcana verba, quæ non licet homini imperfecto loqui; imò*

*c Actuum*  
22.14.

*d Galat.*  
1.12.

*e 2. Corint.*  
12.2.



S. Thomas  
in 2. ad Co-  
rint. c. 12. &  
22. q. 125.  
IV.

etiam tunc (iuxta Sancti Augustini, & Sancti Thomæ sententiam) vidisse clarè Diuinam essentiam.

QV I D QV I D tamen de hoc sit, in hoc tri-  
duo, mirabiliter illum Deus expoliuit, & ad  
magnos raptus eleuauit, ipsum extra se dedu-  
cèdo; & supra se, & omnia creata ita eleuado,  
vt cognosceret mysteria altissima tertij, &  
supremi cœli Sanctissimæ Trinitatis, vbi ma-  
xima secreta fuerunt illi communicata; &  
introducitur in Paradisum Diuinarum deli-  
ciarum, passus est magnas extases, & excessus  
amoris, ita vt ad se reuersus, dicere potuerit:  
*fyiuo iam non ego, sed viuit in me Christus.*  
Gratias tibi O Dulcissime Iesu, pro infinita  
illa charitate, & liberalitate erga tantum  
peccatorem, & tuum persecutorè, quem ma-  
ioribus fauoribus es profecutus, quàm alij  
qui non peccauerunt; ostendens in eo, quod  
*g vbi abundauit de lictum, superabundauit*  
*& gratia;* & quod erga hunc *h filium*, qui ad  
fuit *prodigus* in tibi inferendis iniurijs, volu-  
ris esse multo magis prodigus, si ita loqui  
ceat, in exhibendis ei misericordijs, si quidem  
non solum obuiam illi exiisti, sed quod-  
dam modo compulisti, & coegisti iingrediri  
domum tuam, talibus eum vestimentis et-  
ornans, & conuiijs deliciosis excipiens; vt  
fratres natu maiores, habeant, quod Sancti  
quodam inuidia, illi inuideant. Et quando-  
quidem misericordia tua non est imminuta  
*Compelle, quæso, rebellem meam voluntatem*

f Galat. 2.  
20.

g Rom. 5. 10.

h Luca. 15.  
20.

Ecclesia in  
collecta.



intrare in domum tuam: extrahere illam à se-  
 ipsa, & vi magna ad te trahere, ita eam trans-  
 portans, ut ex nunc, non viam ego, sed tu  
 viuas in me in æternum. Amen.

DENIQVE attendam, quanta suavitate  
 Christus Dominus noster egerit cum Saulo,  
 cui in sua oratione existenti, reuelauit, quæ  
 in eius curatione erant euentura, ostendens  
 illi visione imaginariâ i virum, Ananiam no-  
 mine, introeuntem, & imponentem sibi manus,  
 ut visum reciperet, ut iam dicemus. Hæc ratio-  
 ne nobis insinuans, Deum solere nobis in  
 oratione existentibus, inspirare media cura-  
 tionis nostræ spiritualis salutis, ac perfe-  
 ctionis.

V.

i Actuum  
 9.12.

PUNCTVM III.

ERAT autē quidam Discipulus Damasci,  
 nomine Ananias, & dixit ad illum in visu  
 Dominus, Anania. At ille ait: Ecce ego Domine.  
 Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum,  
 qui vocatur Rectus, & quare in domo Iu-  
 da Saulum nomine, Tarsensem, ecce enim  
 orat.

i Actuum  
 9.10.

CONSIDERANDI hic sunt varij modi,  
 quibus Christus Dominus noster reuelat,  
 & manifestat suam voluntatem seruis su-  
 is: nam quibusdam appareret, eosque vocat,  
 dum vigilant, sicut hic Saulum; compescens

I.



b Genes. 31.

11.

c 1. Reg. 3. 4.

d Psal. 138.

11.

e Cant.

5. 2.

externos illorum sensus, ne internæ visionis sint impedimento: alijs apparet dormientibus, vtens illâ quiete, quam tunc habent sensus, ad colloquendum cum illis, sicut vocauit b *Iacob*, & *Samuelem*; & nunc ita videtur vocasse Ananiam: qua varia ratione agendi, vult nobis insinuare, in omni loco, & tempore, vigilantes, & dormientes, in Ecclesia, in lecto, debere nos a deo moderatos, & compositos esse, vt capaces simus Diuinarum inspirationum, donorum ac fauorum Dei; vt dicere liceat, d *nox illuminatio mea in delicijs meis*; & e *ego dormio, & cor meum vigilat*. nam corpore dormiente, solet Deus, qui est amor noster, intra nos ipsos vigilare; & efficere, vt Spiritus noster vigilet.

DEINDE considerandum mysterium latens in vocibus, quæ hic exprimuntur, ad manifestanda mirabilia opera, quæ Christus Dominus in Saulo operabatur. Nam vicus, in quo Saulus manebat, appellabatur **RECTVS**; vt ostenderetur; iam Saulum rectos gressus incepisse, directos ad vitam æternam. Domus siue hospitium erat cuiusdam, qui appellabatur **IVDAS**: quæ vox significat confessionem, & laudem, ad insinuandum, quod Saulus vtrumque hoc exerceret; humilem scilicet suorum peccatorum confessionem, orans, & petens veniam eorum; & laudem Dei, quæ gloriam illi dabat, ob tot beneficia quæ ab ipso accipiebat. Qui iubetur illum querere, appellatur **ANANIAS**, quod interpretatur

nubes



nubes Domini; ad indicandum munus prædicatorum, qui nubium Domini instar, doctrinæ pluuiam effundunt super fideles; & facillimè mouentur, quocunque Diuinæ inspirationis ventus impellit. Et ita statim atque Ananias Christi vocem audiuit, dixit: *Ecce ego Domine, loquere quia audit seruus tuus: quæsi diceret, iube quod vis: paratus enim sum ire quocunque me miseris. Sed præ omnibus perpendenda est ipsius Christi Domini Charitas, qui non dixit Saulo, vt quæreret Ananiam; sed Ananiam iussit surgere, & ire ad quærendum Saulum: sicut medicus, qui ite visitare ægrotum.*

f 2. Reg. 3.  
10.

Nam sicut ipse Christus, ex Throno suæ celestis habitationis, venit quærerere hunc peccatorem; ita voluit, Ananiam & reliquos suos ministros, exire ex domo sua, & deserere quietem, quam in ea habent, vt quærant peccatores; domos illorum ingrediantur, ibique in negotio salutis eos adiuuent. Gaudias tibi, dulcissime Iesu, pro omnibus, quæ agis, ad iustificandos peccatores: da mihi, quæso, promptæ obedientiæ Spiritum, sicut Ananiæ; rectumque laudis & confessionis Spiritum, sicut Saulo; repelle à me omnem torporem, & vitæ laxitatem, vt feruenter attendam ad bonum animarum, quas tuo sanguine redemisti. Amen.



## PUNCTVM. IV.

a Act. 9. 13.

**R**ESPONDIT *autē* Ananias: Domine *audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Ierusalem: & hic habet potestatem à principibus sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & Filijs Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*

I.

**C**ONSIDERANDVM hic primò, quam breuia sint hominum iudicia, & quam facile in suis suspicionibus decipiantur, præcipuè cum oppugnantur ab humano timore. Ideo enim Ananias ex ijs quæ audiuerat de Saulo, existimauit eū adhuc esse persecutorē Christi, sicut antea: & quamuis Christus illi diceret, *ecce orat*, adhuc non aduertebat posse esse, quòd à persequendo desistens, mutatus esset. Ex quo discam, non temerè iudicare de meis proximis; præcipuè cum aliquid tantum ex auditu habeo: siquidem fieri potest, vt qui heret fuit improbus, (Deo eius cor sua gratia commutante) hodie sit probus: & vt obseruanda iudicia improbitatis, ad malè de proximo suspicandum; sic decet me diligentius attendere omnia signa mutationis eius, vt benè de illo sentiam.

**H**INC prouenit, quòd Ananias etiam promptum se ostendit ad parendum Deo.

cum



cum vocatus respondit, *ecce ego*: timore tamen humano motus, proposuit difficultatem, quam habebat, eundi ad domum persecutoris ut ipse existimabat, & ingredi in domum lupi. Imò antequam Christus suum sermonem finiret, interrupit illum, proponens suam difficultatem, ut intelligeret, quomodo eam Christus expediret. Ex quo intelligam, quòd huiusmodi difficultates ex pusillanimitate, & animi deiectione proponere, ut obedientiæ resistatur, sit malum, & à discipulis Christi alienum: cum tamen, easdem proponere cum indifferentia tantum, & ut cognoscatur modus, & ratio eas superandis, quò exactius ipsi obedientiæ pareatur, bonum sit, & ipsius Christi Spiritui conforme; qui suavis est, lenis, & benevolus, sicut hic apparuit in Anania.

CONSIDERANDA est deinde Christi Domini nostri ad Ananiam responsio: vade inquit, quò ego te mitto: quem enim tu peruersum ad eò existimas, *is mihi est vas electionis*, singulari scilicet mea benevolentia, non eius meritis, à me electus: quia eum mutavi ex vase iræ, & iniquitatis, in vas misericordiæ, & gratiæ; replens eum copiosis misericordis, ut in eo ostenderem ego magnitudinem charitatis meæ; & præterea elegi eum in vas & instrumentum meum, ut portet nomen meum per totum mundum, & sit Magister, & omnium gentium prædicator.

II.



b 2. Corint.  
4.7.

c Eccli. 43. 2

Gratiastibi dulcissime Iesu, quod in vase  
fictili, ac vili, admirandos adeo thesauros de-  
posueris, vt eorum præstantia tuæ soli virtuti  
tribuat, & non viribus eius. O Apostole  
glorioso, sol resplendens *vas admirabile opus  
excelsi*, in medio Ecclesiæ positum, ad curren-  
dam viam per mundum vniuersum, lucem  
præbens fidei, & charitatis ardorem omnibus  
mortalibus! gaudio de tua electione, & fe-  
lici sorte, quæ tibi contigit; ora Domi-  
num, qui te elegit, vt etiam dignetur facere  
me vas electionis, gratia & charitate plenum  
vt & ego cursum meum currens, ita consum-  
mem vt consequar coronam.

IV.

VLTIMO perpendam extremam partem  
verborum Christi: *Ego ostendam illi, quam  
oporteat eum pro nomine meo pati*: quasi dice-  
ret: primum illi ea ostendam reuelatione, &  
postea etiam experientia, ita, vt multo plura  
ipse pro nomine meo patiat, quam alij eius  
causa sint passi. Et ita re ipsa euēnit: vix enim  
Saulus cæperat nomen Christi per mundum  
portare, quando experientia didicit, esse  
*grauē adportandū*, eò quod innumeras perle-  
cutiones, & tribulationes, propter illud pa-  
teretur, sicut ipse fatetur ad Corinthios scri-  
bens, *e in laboribus plurimis, in carceribus abun-  
dantiùs &c.* In qua re Christus Dominus nostre  
triplicem finem spectauit. PRIMVS fuit  
vt ipse Saulus persecutionibus, quas to-  
lerabat, lueret, quas ipse alijs inu-  
lisset; tum vt legi iustitiæ satis fieret; tum

d Isaiæ 30.  
27.

e 2. Corint.  
11. 23.



vt his laboribus ille perpoliretur, ad magnā gloriæ coronam suscipiendam. **SECUNDVS** finis fuit, vt intelligamus, magnos fauores magnaque dona cælestia non dari, nisi simul cum magnis huiusmodi afflictionibus: quod si fauores, & dona præcedant; sequi etiam labores in eadem mensura. **TERTIVS** finis fuit, vt discipulus intelligat, se debere sequi suum Magistrum; & Apostolus eum, à quo mittitur; & Euangelij prædicator, debeat eas pœnas sustinere, quas sustinuit Auctor, qui illud fundauit. Omñi Saluator, siquidem tam aptè nosti afflictionibus expolire vas, quod ad cælum, & gloriā tuam elegisti, purificans illud ab omnibus vitijs, & pretiosis exornans virtutibus, elige me in vas misericordiæ tuæ, & dona me afflictionibus in hac vita, vt sim dignus consequi æternam.

## PUNCTVM V.

**ET** abiit Ananias, & introiuit in domum: *a Actuum. 9.17.*  
 & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu Sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squama, & visum recepit: & surgens baptizatus est.

**CONSIDERANDA** hic est suauius providentia Domini nostri, in gubernatione suorum, vtentis aliquorum operâ, ad benefaciendum alijs, & interdum opera minorum, ad



maiores erudiendos: & ita, licet hic potuisset per se ipsum Saulo visum reddere; voluit tamen Ananiam, hac de causa ad ipsum mittere, qui & Baptismi suscipiendi obligationem, & munus Testis & Apostoli, quod illi Deus committebat, intimaret: ut quisque etiam Sapientissimus & Sanctissimus, & qui magnos fauores à Deo acceperit, intelligat; opus sibi esse, alteri homini se subijcere, & hac ratione in humilitate conseruari. Simul vero perperdam in ipso Anania, hinc charitatem & humilitatem, qua Saulum alloquens, fratrem appellauit, dicens, se non propria auctoritate accedere, sed missum esse à Christo: inde verò tanquam Christi minister, magna auctoritate usus est in dicendo, sicut ipse Apostolus refert his verbis, *b Ananias veniens ad me, & abstantans dixit mihi, Saule frater respice. Et ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit, Deus Patrum nostrorum praordinauit te, ut cognosceres voluntatē eius, & nunc quid morari? exsurge & Baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius* Hic proponitur nobis forma, qua Evangelij ministri ita coniungere debent humilitatem cum auctoritate, ut altera alteram non impediatur.

## II.

DE I N D E considerandum, voluisse Christum Dominum nostrum, miraculo reddi Saulo visum, ante Baptismum, tum ut maiori consolatione ille Baptizaretur cernens ipsum Baptizantem; tum ad declarandum illo miraculo virtutem Baptismi, qui animam illu-

Cassian. Col  
lat. 2. c. 5.

b Actuum.  
22. 13.

mirore



minās, reicit ex eius oculis, potentijs videlicet, squamas peccatorum. O quā fuit lætu Saulus, viso Anania; & audito eius nuncio. nam statim absque vlla mora & deuotissimè, Sanctum accepit Baptismum, & nouam cum eo Spiritus Sancti plenitudinem, donum c<sup>1.</sup> *Corint.*  
*4.18.*  
*linguarum*, ceterasque gratias, quas alij Apostoli recepissent: & hoc Diuino Spiritu plenus, mille procul dubio laudes Deo decantauerit, gratias pro tot acceptis beneficiis agēs, & omnino ex corde se offerēs ad ipsius obsequium. lacerauerit etiam fortè aut combusserit epistolas, quas à principe Sacerdotum acceperat; dolens, quòd tam sollicitè illas impetrasset; & statuens, se velle esse *epistolam* viuam Christi Domini, ad eius notitiam totum mundo manifestandā. O coelestes Angeli, qui exultatis in conuersione cuiusuis peccatoris, quanto fuit amplius vestrum gaudium, in hac prodigiosa conuersione tanti huius peccatoris & persecutoris Christi, cū eum vidistis mutatum in magnum prædicatorem, & amicum eius! Laudate, gloriosi Angeli omnibus vestris viribus eundem Christum, & congratulamini ei, quòd lupum hunc ceperit, raptorè sui gregis; & conuerterit in eiusdem Agnum mansuetissimum: & orate eundem, vt vestrum gaudium augeat, conuersione multorum peccatorum; vt grex vester crescat, cælumque colonis repleatur: ex quo Deus per infinita sæcula glorificetur.

d 2. *Corint*  
3.29



Act. 9. 20.

**D**ENIQVE perpendam, quod Saulus a con-  
tinuo ingressus Synagogas, predicabat Iesum:  
quoniam hic est filius Dei. Vbi apparet magnus  
feruor noui huius Apostoli; & promptitudo,  
quâ munus suum, Christum predicandi, aggressus  
est, non acquiescens, ut ipse fatetur, carnis

Gal. 1. 16.

& sanguini, nihili faciens quod ipsi Iudæi illi  
essent persecuturi, & inconstantem iudicaturi,  
quod ita repente predicaret, esse Deum, quæ eo  
vsq; tanquã Dei inimicum persequeretur: hec  
inquam non effecerunt apud illum, ut se in  
angulo illius domus, seu hospitij contineret:  
nec ut pederentim pergeret, aut cautè prius  
animos gentis suæ exploraret, sed sicut Apo-  
stoli in die Pentecostes, statim è Coenaculo  
prodeuntes, ad templum se contulerunt, &  
ibi Christum crucifixum predicarent; ita Saulus  
eiusdem Spiritû vino inebriatus, prode-  
xit ex sua domo, itaque ad Synagogas, ut eundem  
Christum ibi predicet: hoc facto publicè sa-  
tisfaciens plebi, ob suum præteritum erro-  
rem ostendit, se non minus feruentem in pre-  
dicando Christum; quàm fuisset in eodem  
persequendo, re ipsa nunc præstans, quod po-  
stea alijs faciendum consuluit; & sicut exhibet

Rom. 6. 19

istis membra vestra seruire immunditiæ & in-  
iquitati, ad iniquitatem cumulandã, ita nunc  
exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sancti-  
ficationem. Sed ulterius progressus est feruor  
in bono, quàm fuisset in malo: conatus enim  
feruentissimo zelo, promouere sanctifi-  
cationis augmentum in se, & in omnibus



X.  
us a con-  
Iesum:  
magnus  
ocitudo,  
aggredi-  
ur, carni-  
de illi  
licauri,  
a, quæ eo  
atur: he  
vt se in  
cineret:  
tè prim  
at Apo-  
enaculo  
unt, et  
gia Sto-  
prode  
eunden  
police fa  
errore  
in pra-  
eodem  
quod po-  
exhibe  
a & in  
it am  
a, in sa-  
est fer-  
natus e-  
e sancti-  
nibus  
ly

DE VITA ET VIRTVT. S. PAULLI 333

his huius mundi hominibus: idque tanta ani-  
mi constantia, vt quamuis omnes admiraren-  
tur, audientes illum prædicare Christum, qui  
venisset Damascum, vt eiusdem Christi disci-  
pulos comprehenderet: nihilominus h magis  
conualefcebat, & confundebat iudaos, affirmans  
quoniam hic est Christus. Tantum itaque abfu-  
it, vt huiusmodi hominum sermones & per-  
secutiones, tepidiorum illum in prædicatio-  
ne redderent; vt potius eadem animum illi  
adderent, vt constantius & vehementius  
Christum prædicaret; simili autem passu pro-  
gressus est in reliquo totius vitæ suæ, donec  
ingenti Christi amore ardens pro eo illam  
profudit; vt in proxima Meditatione appare-  
bit.

ti Act. 9.22.

MEDITATIO XXXI.

DE VITA ET HEROICIS  
virtutibus Sancti Pauli Apostoli  
post eius conuersionem, in qua  
summa ponitur supremæ per-  
fectionis Euangelicæ.

**V**ITA gloriosissimi huius Apostoli,  
post eius conuersionem, fuit per-  
fectissimum quoddam totius Eu-  
angelicæ perfectionis exemplar; ad  
quam par est omnes viros aposto-  
licos contendere, a imitantes, sicut ipse dixit  
Christum Dominum nostrum, sicut ipse eun-  
dens

2i. Cor. 4.  
10. & 12.

dens



dem imitabatur: in quem finem hac meditatio hic instituitur, in qua referantur præcipue eius virtutes, tam ex eius Epistolis, quam ex Actibus Apostolorum desumptæ.

## PUNCTVM. I.

Paupertas  
Spiritus,

**P**RI MA eius virtus fuit, excellens Spiritus **P**AVPERTAS, qua renunciauit omnibus rebus, sicut ceteri Apostoli; ut sic expectior esset, totumque se Dei obsequio & prædicationis ministerio impenderet; oblectas se in experiendis paupertatis effectibus, præcipue in tribus rebus.

a1. Tim, 6, 8

**P**RI MVM a contentus erat (vt ipse ait) **b**ens alimenta, & quibus tegeretur; atque si diceret: si habeam, quod præcisè necessarium est, ad vitam sustentandam, & corporis nudatam contegendam, his contentus ero. Ad

b2. Corint.  
6.10.

oque his erat contentus, atque si totum modum haberet. & ideo dixit: **b** viuius sumus **g**entes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Causa vero, huius tantæ lætitiæ erat, quòd in tantarum corporalium indigentia, summas spirituales diuitias possideret, quæ maiore sine comparatione consolationem homini adferunt quàm adferant temporales. Hinc **AL**TERVM illud proueniebat, vt etiam his ipsis necessarijs sæpe se sponte priuaret; eorumque defectum magna animi lætitia sustineret. Idemque inter suas calamitates, etiam enumerat

c2. Corint.  
11.27.

**f**amem, sitim, frigus, nuditatem, & ieiunia multa. Imò vltèrius est progressus: nam cù occurreret

patiss



patissimus aliàs esset in prædicando; iureque  
 posset sustentationem à fidelibus accipere, si-  
 cut reliqui Apostoli accipiebant: ipse huic  
 iuri renunciando, labore manuum suarum, ex  
 quadam arte *mechanica*, lucrabatur sibi & so-  
 cijs suis quod esset ad sustentationem neces-  
 sarium. vt hac ratione fideles non e-  
 grauariet; Sed exemplum maioris perfectionis omnibus  
 præberet. Et ita ait, *f argentum & aurum, aut  
 vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniã  
 ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui me cū sunt,  
 ministrauerunt manus ista. Omnia ostendi vobis,  
 vt exemplum caperetis; quoniam sic laborãtes,  
 oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi  
 Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est  
 magis dare quàm accipere.* O gloriose Apосто-  
 le, qui parcus fuisti in accipiendo tempora-  
 lia; & effusus, in dando spiritualia, impetra-  
 mihi à tuo Magistro, vt paupertatem tuam in  
 rebus temporalibus imitans, consequar diui-  
 tias tuas bonorum spiritualium. Relinque, a-  
 nima mea omnia, & inuenies omnia; relin-  
 que pro Christo omnia, & in ipso Christo  
 possidebis omnia. nã si eum habeas, habebis  
 in eo omnia, & si eius amore pauper fueris,  
 multo eris magis contenta, quàm si esses diues.

PUNCTVM II.

SECUNDA eius virtus fuit, purissima CAS-  
 TITAS, cuius edidit votũ, sicut ceteri A-  
 postoli; eãq; custodiuit exactissimè; & propo-  
 suit se tanquã exẽplũ eius, dicens, *a volo oēs vos  
 esse, sicut me ipsũ*, expeditos videlicet à nuptijs

*d Actuum.*  
18.3.

*e 1. Thesal.*  
2.9.

*2. Thesal.*  
3.8.

*f Actuum.*  
20.33.

*Castitas &  
interna eius  
pugna.*

*a 1. Corint.*

7.7.3+35.

& ma-



& matrimonij operibus vt sine impedimento possint Dominum obsecrare, & esse Sancti corpore & Spiritu. Sed præcipuè tria circa hanc virtutem perpendam.

I.

PRIMUM, quanti S. Apostolus fecerit hanc virtutem: siquidem cupiebat omnes homines castos esse, sicut ipse erat: nihil curans quòd ea ratione mundus esset breui finiedus: quia pluri faciebat æterna, quàm tẽporalia semperquẽ desiderio suo collimabat ad id quod optimum & excellentissimũ esset: quous in executione ipsa, Dei dispositioni se accommodaret, qua dona sua hominibus distribuere solet. SECUNDUM, quòd cum reliquis

II.

1. Cor. 9.  
5. 12.

*b* Apostoli in more haberent, deuotam aliquam mulierem sororem secum circumducere, quæ illis ministraret, & ex facultatibus suis sustentaret; ipse tamen non est usus ea potestate, non solum quod vellet potius ex laborum suarum viuere, quam ex huiusmodi elemosyna; sed etiam propter cautelam, & decentiam in tali comitatu & communicatione cum mulieribus, quas merito fugere debet, qui tutam velit habere castitatem.

III.

TERTIVM fuit, quòd eius castitas, fuerat grauissimis tentationibus oppugnata; quæ tamen viriliter superauit: ideoque fuit proculdubio castitas eius gloriosior. Eò enim omnis virtus sublimior censetur, quo grauiorem contradictionem sentit, qui illam habet, in ea conseruanda. Et hac ratione declarant aliqui ex Sanctis, quod ipse Apostolus

de



de seipso refert, scribens ad Corinthios; *cne* *c 2. Corin.*  
*magnitudo reuelationum extollat me, datus est* *12.7.*  
*mibi stimulus carnis meæ, Angelus Satanae, qui* *S. Aug.*  
*me colaphizat. Propter quod ter Dominum ora-* *S. Thom. &*  
*ui, vt discederet à me: & dixit mibi: sufficit tibi* *alij ibi.*  
*gratia mea: nã virtus in infirmitate perficitur.*  
 atque si dictum illi fuisset, vt sis humilis, ne-  
 cesse est tentari te; & vt virtus tua sit perfe-  
 cta, debet esse valde probata: ideoq; stimulus  
 ipse carnis tuæ, illam faciet perfectè castam;  
 & Angelus Satanae, qui te colaphizat, faciet  
 te tolerantem & patientem, vt puritas tua sit  
 sicut Angeli cælestis. O Pater misericordia-  
 rum, conuerte stimulum carnis meæ in calcar  
 Spiritus mei; vt feruenter orans, curtam di-  
 ligenter in tuo seruitio: quia à te solo meum  
 dependet remedium.

**R**ESPLANDET quoque eiusdem Apосто-  
 li Sãctitas & puritas, in alijs internis pugnis,  
 quas tolerabat; sed insigni tamen virtute vin-  
 cebat; propter quas dixit: *d condelector legi* *d Rom. 7.*  
*Dei secundum interiorem hominem. Video au-* *22.*  
*tem aliam legem in membris meis, repugnantem*  
*legi mentis meæ, & captiuantem me in lege pec-*  
*cati, qua est in membris meis. Infelix ego homo,*  
*quis me liberabit de morte corporis huius? gratia*  
*Dei per Christum Dominum nostrum. hæc est*  
*quæ me liberabit, & eius virtute omnia vin-*  
*cam. Ne deficias, anima mea, si videris te op-*  
*pugnari; sed confide in gratia Dei, quòd non*  
*succumbes. Si e caro tua concupiscit aduersus* *e Galat. 5 17*  
*Spiritum, contende vt & Spiritus ita concu-*

V. Part. Medit.

Y

piscat.



1. Corint.  
15.17.

discat aduersus carnem, vt victor euadat; & ita quò pugna acrior erit, eò victoria erit gloriofior: vt possis cum eodem Apostolo dicere, f Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum I H S V M C H R I S T V M Amen.

## PUNCTVM III.

I.  
Penitentia  
& mortificatio.  
1. Corint.  
9.26.

**T**ERTIA virtus fuit, seuera POENITENTIA & carnis mortificatio, quam rigidè castigabat, vt Spiritui subiectam haberet; quod ipse verbis grauissimis testatur. *Ego sic curro, non quasi in incertum, & nesciens præmium & fructum meum, sic pugno, non quasi aerem verberans, & inaniter laborans, verè iactans, & nihil opere præstans, sed castigatione poenitentis corpus meum, & in seruitutem indigo: ne fortè, cum alijs prædicauerim, ipse probus efficiar.* O anima mea, si Apostolus certus de suo præmio, ita currit ac timet; quid incerta hæres, & non cum tremore curris? ille non est contentus aërem verberare, sed verberat carnem suam; cur tu solis verbis contenta, negligens interim opera? castiga, poenitentijs corpus tuum, vt subijcatur Spiritui. si enim illum in sua rebellionem permittas, perducet te in ruinam, & reprobationem.

II. EXERCIT se præterea Sanctus Apostolus in continua sensuum suorum & appetitionum



inordinatarum mortificatione: abnegans desideria & voluptates suas; exactè adimplens abnegationem, à Christo Domino nostro commendatam, *b* *semper, inquit, mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* ubique ergo & semper mortificationibus erat circumdatus, non solum internis in Spiritu, sed etiam externis in corpore: nunc ipsemet eas sponte subiens, nunc ab adversarijs illas sustinens: imitans in hoc Christum Dominum nostrum, cuius vitam ipse exprimebat in seipso: unde frequenter illud usurpabat, *c* *ego signata Iesu in corpore meo porto, quia eadem patiebar, quæ Christus fuerat passus.*

*b* 2. *Corint.*  
4. 10.

*c* *Galat.* 6.  
17.

O si talem possem obtinere mortificationem continuam, diurnam, & perfectam, in qua eius vita manifestaretur, qui tantæ mortificationis mihi dedit exemplum! O dulcis Iesu, qui es *d* *via, veritas, & vita;* siquidem mortificatio tua, *d* *via est, ad tui fructu-  
onem perveniendi, qui es ipsa vita; illu-  
stra me tua veritate, ut perfectam hanc  
mortem amplectar, quæ manifestatur admi-  
rabili vita tua.*

*d* *Ioan.* 14.  
6.

## PUNCTUM IV.

QUARTA virtus fuit, profunda & admiranda *HUMILITAS*, magnæ Sanctitatis

*Humilitas  
& mundi  
contemptus.*

Y 2

con-



coniuncta, quod valde est rarum; & respicitur in subiectis exemplis.

I.

NAM primum, cum se alijs hominibus compararet, infimum semper locum sibi elegit: quia, inter peccatores, iudicabat, se esse primum; inter Sanctos, ultimum: & ita semel dixit: *Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorū primus ego sum, &*

a 1. *Timo. 1.*  
15.

*Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quorū primus ego sum, &*

b 1. *Corint.*  
15. 9.

*alibi: b ego sum minimus Apostolorum; qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei: & ulterius progressus,*

c *Ephes. 3. 8.*

*c mihi inquit omnium Sanctorum minimo data est hac gratia, omnium scilicet fidelium, qui erant in Ecclesia. Qui itaque in oculis Dei, primus erat ex maximis Apostolis, & ex primis in sanctitate; idem in suis oculis erat bonorum postremus, & peccatorum primus: cuius estimationis ea erat causa, quod in hac sui ad*

*reliquos comparatione, exaggeraret propria sua peccata; & obliuisceretur peccatorum aliorum: & contra memor erat virtutum aliorum, oblitus tunc propriarum; sed memor tamen præteritorum vitiorum: in quo sum-*

*mopere mihi studendum est, humillimum hunc virum imitari, & cum ipso dicere, ego sum minimus Christianorū, & indignus quod hoc nomine vocer; ego sum minimus religiosorum, & Sacerdotum; nec sum dignus hoc nomine appellari: imò omnium hominū, sum minimus, & nec mereor hoc nomen qui me-*

d *Psal. 21. 7.*

*peccatis me feci bestiam: nam verè dicam, vermis sum & non homo.*

D-



DEINDE, respanduit eius HVMILITAS in hoc, quòd non erubescibat publicè fateri sua peccata, & scripto illa notata relinquere, dicens: quia prius e blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, & f qui supra modum persequerbar Ecclesiam Dei, & expugnabam; & quod sanguinem innocentem effudisset; fateatur enim: g cum funderetur sanguis Stephani, ego adstabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et si quando aliquid insignium suorum operum necessitate coactus referebat, miscebat verba humilitatis; h factus, inquit, sum insipiens, vos me coegistis. Alias idem repetebat, & ex instituto reticebat multa, quæ producere potuisset, i ne quis, inquit, me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Hoc exemplo nos docens, verè humilem, proprio suo instinctu inclinare, ad culpas defectusque suos manifestandos; non verò ad proprias virtutes, nisi necessitate coactum; & eam humiliationem deuorando, vt, cum easdem narrat, vanus & inanis habeatur.

II.

e Timo. 1. 13.  
f Galat. 1. 13.  
g Actuum. 22. 19.  
h 2. Corint. 12. 11.  
i. 2. Corint. 12. 6.

III.

TERTIO respanduit eius HVMILITAS in eo, quòd agnoscens maxima bona, quæ à Deo receperat, (nam Spiritus Dei, sicut idem Apostolus dicit, non est cæcus ad ea cognoscenda) non sibi illa arrogauerit, aut inaniter de eis gloriaretur; sed totam gloriam Deo & eius gratiæ tribuerit: & ideo in eius conspectu, tanquam nihilum se agnoscens, dice-





II  
 k1. Corint. 13. 10. bat : k gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed, abundantius illis omnibus laboravi : non ego autem, sed gratia Dei mecum & alibi : I pro me nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis : & in quibus ego fidem plantaverim in vobis, & Apollo rigaverit tamen neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus : & cum aliquando, ut tanquam Deum, ipsum adorare vellent, scissatunica, & exsiliens in tumbas, clamans, dicebat : viri quid hæc facitis, & ego homo mortalis sum, similis vobis; ac propterea indignus tali honore.

n Actuum  
 14. 13.

01. Corint.  
 4. 7.

Hæc est humilitas cordis, quæ semper in Sanctis perseverat: in qua licet mihi, Sanctum hunc Apostolum imitari, si donorum Dei particeps esse cupio, memor verborum illorum eiusdem Apostoli; o quid habes, quod non accepisti, & si accepisti quid gloriaris, quod non acceperis?

Quare, anima mea, si vis ut te Deus impleat se ipso, euacua te à te ipsa, & ipse copiosa dona tibi communicabit, si totam eorum gloriam illi demissè dederis.

IV.  
 p1. Corint.  
 4. 4.  
 q1. Corint.  
 9. 27.

QUARTA, respénduit etiam HVMILITAS in Sancto timore, quem de se ipso habebat, in propria cognitione fundatum: quem sensum aliquando dicebat, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: quoniam enim me iudicat, Dominus est; & alias dicebat, quod castigo corpus meum, ne reprobus efficiar.



Et sapè à fidelibus perebat, vt pro ipso *orarent*, quod signum erat humilitatis eius; & Sancti huius timoris, quo verebatur, ne forte aliqua sua culpa, Dei dispositionem impederet. Præ reliquis autem apparuit hæc *HVMILITAS*, quod cum sciret, se per reuelationem Dei, Euangelium accepisse; voluerit nihilominus illud cum alijs Apostolis conferre, *ne forte*, inquit, *in vacuum currerem aut cucurrissem*. in quo humillimam iudicij sui resignationem, iudicio Ecclesiæ, manifestè ostendit; non sibi soli tantum tribuens, aut securitatem illam negligens, quæ ex totius Ecclesiæ iudicio, sibi proueniret.

11. Corint.  
1.11.  
r Colos. 4.3.  
r Hebr. 13.  
19.  
r Rom. 15.  
30.

r Gal. 2.2.

**VLTIMO** eadem *HVMILITAS* resplenduit in mundi contemptu; & in eo, quod gauderet se alijs contemptui esse; & plus gloriatur, se ab alijs despici, quàm alijs se esse in honore: & ita dicebat, *mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est*, & ego mundo, quasi diceret: ille me tanquam vilem, & ignominiosa crucis morte dignum contemnit; & ego eum eadem ratione contemno. Et quamuis fex & mundi opprobrium haberetur, nihili hoc faciebat, quin *ut* *Corint.* potius *v pro minimo*, inquit, *mihi est*, vt 4.3. *à vobis iudicer*, aut ab humano die, adeoque procul erat, vt se Hominum palato accommodaret, vt diceret, *x an quero homini-*

V.

r Gal. 6.14.

ut Corint.

x Galat. 1.

10.

Y 4

bus



bus placere? si adhuc hominibus placere quare-  
rem, Christi seruus non essem. O Christi serue  
fidelissime, impetra mihi a tuo Domino, pre-  
tiosum hoc donum humilitatis, ex qua oritur  
fidelitas circa ipsius obsequium. O Anima  
mea, si verè cupis Domino tuo seruire, con-  
temne vanas huius mundi pompas, & dolo-  
sa filiorum eius iudicia; & potius gloriare,  
quod mortua sis & crucifixa mundo, & quod  
ille ita tibi mortuus sit & crucifixus, ut ex  
nunc soli Deo viuas in æternum. Amen.

## PUNCTVM V.

I. **Q**UINTA virtus fuit, inuicta & heroica  
eius PATIENTIA in suis laboribus,  
qui fuerunt innumeri & omnis generis; inter-  
ni, & externi; terra mariq; à Iudeis & Gæcibus  
& falsis fratribus, ut constat ex eorum a cat-  
ago ab ipso confecto, dum scriberet ad Corin-  
thios; qui labores, quàm fuerint intollerabi-  
les, his verbis significauit, b *grauati sumus* (su-  
pra modum, & supra virtutem, ita vt taderet  
nos etiam viuere; nullam requiem habuit cum  
nostra, sed omnem tribulationem passi sumus  
foris pugna, intus timores: & sibi applica-  
quod scriptum est, d *quia propter te, mortificati  
mur tota die: estimati sumus, sicut oves occi-*  
sionis.

II. Et, cum tanti essent, resplendebat in  
PATIENTIA, quod exiguos illos iudica-  
ret comparatos ad præmium, quod sperabat  
& ita illos appellauit, e *momentaneum hoc*

Patientia

Et hilaritas  
in laboribus.

a 2. Corint.

11. 23. &amp; 6.

1.

b 2. Corint.

4. 8.

c 2. Corint.

7. 5.

d Rom. 8.

36.

e sal. 43. 22.

II.

c Corint. 4.

17.



leue tribulationis nostræ. Nec terrebatur, aut  
 animam abiiciebat, propter illorum imma-  
 nitatem; Sed ad maiores potius tolerandos  
 sese offerebat, sicut euenit, quando f. *Propheta*  
*Agabus illi pradixit, fore, vt Ierosolymis vincire-*  
*tur à Iudæis, & traderetur in manus Gentium;*  
 & ipse respondit: Ego non solum alligari, sed &  
 mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen  
 Domini Iesu. Quæ animi eius erectio, proce-  
 debat ex magna fiducia in Deum; quam idem  
 ipse Dominus in medijs eisdem laboribus fo-  
 uebat: & ita ait, *g ipsi in nobismetipsis respon-*  
*sum mortis habuimus, vt nõ simus fidentes in no-*  
*bis, sed in Deo, qui suscitatur mortuos: qui ex tan-*  
*tis periculis nos eripuit, & eruit: in quem spera-*  
*mus, quoniam & adhuc eripiet.* Ex quo tanta a-  
 nimi magnitudo illi oriebatur, vt diceret: h  
 scio & humiliari, scio & abundare: satiari & e-  
 surire; & abundare & penuriam pati; omnia  
 possum in eo, qui me confortat: atque si diceret,  
 in prosperis & aduersis, in paucis & in multis,  
 sum quasi omnipotens, non meis viribus sed  
 Dei, cuius potentia omnia possum. O Deus om-  
 nipotens, fac me tua virtute potentem, ad  
 præstandum, quidquid mihi iubet; & ad tole-  
 randum, quidquid permittit: tua siquidem e-  
 rit gloria, cuius est & potentia.

DENIQUE in suis laboribus, magnam  
 habuit consolationem & læticiam: quia in  
 ijs ipsis Deus ingentes illi spirituales diuitias  
 communicabat, sicut ipse Corinthijs scri-  
 bit, *i benedictus Deus, qui consolatur nos in o-*

f. Actuum  
21.13.

g 2. Corint.  
1.9.

h Philip. 4.  
11.

IV.

2. Corint.

1.4.



k 2. Corint.  
7. 4.  
l Rom, 5. 3  
m 2. Cor.  
12. 10.

in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt: & iterum dicit, k repletus sum consolatione, super abundantio gaudio in omni tribulatione nostra; & iterum gloriamur in tribulationibus, & in placeo in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.

O Redemptor mundi, qui re ipsa effecisti, vt hoc vas electionis experiretur & pateretur multa, pro nomine tuo; dans etiam ei simul magnam, in patiēdo, Spiritus voluptatem: elige me quoque in vas tuum, in quo multos etiam labores reponas, cum abundantia consolatione, in illis tui amore ferendis.

## PUNCTVM. VI.

I.  
Oratio &  
contemplatio.

a Rom. 1. 9.

a Thes. 1. 2.

b 1 Tim. 2. 8.

**S**exta virtus fuit altissima ORATIO. Et CONTEMPLATIO, crescens semper in ea, quæ data illi est tribus primis diebus suæ conuersionis, sicut dictum est. Nominatim verò eius oratio fuit continua, qua Deum orabat pro se & omnibus fidelibus, sicut ipse sæpe testatus est; a testis enim, inquit, est Deus, quòd sine intermissione, memoriam vestram facio semper in orationibus meis, faciēs ipsemet quod alios facere volebat: b Volo, inquit, vniuersos orare in omni loco, leuantes puras manus ad Deum, quod ipsum præstabat omnibus modis orationis, obsecrationis, petitionis, & gratiarum

actio



actionis, sicut alijs vt faceret contulebat. in  
 ipsis item carceribus *orabat, & glorificabat* *c Actuum*  
*Deum, faciens ex carcere oratorium, etiam* *10.25.*  
 magna cum ædificatione ipsorum custo-  
 dum.

**D**EBINDE orabat magno Spiritu & fer-  
 uore, non contentus solis verbis, sed potius  
 cordis affectibus, nam propterea dixit *d Orabo*  
*bo Spiritu, orabo & mente, coniungens in-* *d 1. Cor. 14.*  
*ternum animæ sensum verbis, quæ ex ore pro-* *15.*  
 celebant. Ex quo proueniebat, vt eius con-  
 templatio, esset aded alta, vt (sicut ipse dixit)  
*eius & conuersatio esset in cælis.* *c Philip. 3.*

I I.

Qui etiam dixit de seipso, scio hominem f  
*raptum esse ad tertium cælum; & in Paradi-* *20.*  
*sum; & audiuisse arcana verba, quæ non liceret*  
*homini loqui. de quo superius diximus. In quo*  
 raptu minimùm censendus est Deus, commu-  
 nicasse illi altissimum contemplationis gra-  
 dum, qui possit in hac vita mortali commu-  
 nicari: & fas est credere, sæpius habuisse ali-  
 os raptus, quos ex humilitate celauit, sicut  
 ipse, cùm hunc solemnem refert, insinuat; &  
 quando dixit in alio loco, *g mente excedimus* *g 2. Corint.*  
**D**E O, hoc est habemus extases Spiritus, *5.13.*  
 agentes cum D E O: & bene apparet, quàm  
 fuerint altæ; siquidem ait, *h ne magni* *h 2. Corint.*  
*tudo reuelationum extollat me, datus est mihi* *12.7.*  
*stimulus carnis meæ Angelus Satana, qui me*  
*colaphizet, & humiliet.*

I I I.

f 2. Corint.  
12.2.

Ex hac contemplatione, oriebatur abun-  
 dantia illa cõsolationũ, quib<sup>o</sup> afficiebatur &

altif-



i Philip. 3.  
8.

altissima sensa, quæ de Christo habuit, ac de eius gratiæ inestimabilibus diuitijs, secretis prædestinationis, & prouidentia Diuina; excellentijs ac perfectionibus Dei, Hierarchijs Angelorum, & multis alijs rebus, quas in suis epistolis docet. Denique tanti Christum faciebat, vt diceret, *i existimo omnia detrimentum esse, aurum, argentum, gemmas, & quicquid in mundo est, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercoratiorem quam mihi fuerunt lucra, hac arbitratus sum propter Christum detrimenta, vt Christum laqueifaciam.* O suprema Christi Domini scientia, quæ tantum infundis, & imprimis animarum rerum terrenarum contemptum; tantam vero rerum coelestium existimationem; da mihi, Domine, hanc scientiam, qua te ita cognoscam, vt detrimentum & stercus existimem quicquid terrenum est, vt possim te verum Deum & hominem consequi.

Ex quatuor his considerationibus, possum haurire tum ingentem admirationem, de deo raris beneficijs quæ Deus in Sanctum Apostolum contulit, & pro eis gratias agendum magnum desiderium, eum imitandi, quibus imitari licebit; frequentans orationem cum magno Spiritu; & meditationem cum magna viuacitate; qua me disponam ad remouenda impedimenta, quæ alias impediunt fauores & gratias, quas cupit Deus ijs infundere, qui excellens hoc exercitium frequenter



PVNCTVM VII.

**S**EPTIMA virtus fuit, excellentissima  
**C**HARITAS & amor, erga Christum  
 Dominum nostrum, cum supremo vniti-  
 onis gradu, qui in via **VNITIVA** inveni-  
 tur, quam ipse ostendit cum dixit, a *Christo*  
*confixus sum cruci: viuo autem iam non ego, sed*  
*viuit in me Christus:* quibus verbis insinuat  
 duos modos vnitionis amantissimæ, quã ha-  
 bebat cum Christo. *Primus* erat, cum Christo  
 crucifixo ita se esse vnitum, vt confixus cum  
 eo esset in cruce; non quidem clavis ferreis  
 sed amoris & imitationis, in quo summè gle-  
 riabatur, cogitans, loquens, & faciens semper  
 iuxta hoc: & ita dixit Corinthijs, *b non iudi-*  
*caui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Chri-*  
*stum, & hunc crucifixum.*

**S**ECVNDVS modus vnitionis cum Chri-  
 sto, erat spiritualis, cum excessu videlicet a-  
 moris, ducendo (vt ait Sanctus Dionysius) vi-  
 tam tantum amatoriam; ita vt quamuis verè  
 duceret vitam naturalem, non tamen liberè  
 viueret, proprio scilicet arbitrio & volunta-  
 te, sed Christus in eo vivebat, tanquam prin-  
 cipium, regula, & finis eius cogitationum, af-  
 fectuum, verborum, & operum, coniungente  
 eum sibi Christo Domino, continuat s amoris  
 exercitijs, ita vt diceret, *c mihi viuere Christus*  
*est: vita mea est Christus, cogitatio mea est*  
*Christus; meum velle est Christus; meum lo-*  
*qui est Christus; meum operari est Christus.*

O fe-

I.  
Amor vni-  
tionis cum  
Christo.

a Galat. 2.  
19.

I.

b 1. Corint.  
22.

II.

Cap 4. de  
Diuini. no-  
mi.

c Philip. 1.  
21.

XI.  
ac de e-  
secretis  
uina; ex-  
erarchijs  
as in suis  
istum fa-  
etrimen-  
& quid-  
n scienti-  
quem om-  
ercorap-  
ratus sum  
istum la-  
ni scies  
s anima  
ntam ve-  
; da mi-  
a cogne-  
istimen-  
e verum  
possunt  
m, de  
Etum  
as agere  
andi  
oracione  
em cum  
ad remo-  
diunt fa-  
n funde-  
quædam  
PVN



O felicem Apostolum, cui tantopere Christus fauit. Utinam anima mea talis esset, in qua semper Christus viueret. O CHRISTE in vita mea, mane & viue semper in me, & viuere meum sit semper in te, in secula, Amen.

d Rom. 8.  
35.

DEINDE perpendam, quam intimè esse amor iste in Sancto Apostolo radicans, quod ausus est dicere, *quid quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas. an periculum? an persecutio? an gladius? certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futurum, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* O ignis amoris, quem et aquæ multæ tribulationum non possunt extinguere, nec flamma obruere, quin potius illis magis accendatur! O ignis insatiabilis, qui nunquam deficit, quia nunquam defatigaris, aduersariis prosequendo eius causa, quem diligis. Accendatur Redemptor mi, hunc amorem in corde meo, ut tanto feruore te diligam, quem nulla creatura possit extinguere. Amen.

c Centi. 8.  
74

f Prover. 30.  
16.

PVNCTVM VIII.

Charitas  
& zelus animarum.

OCTAVA virtus, fuit feruētissima CHARITAS & amor erga proximos, quæ creabatur ex Charitate, quæ habebat erga Christum.



stum, de qua dicit ipse, a *Charitas Christi* *ur-*  
*get nos*, ad omnia videlicet, quæ spectant ad  
 ipsius Christi seruitium & bonum animarum,  
 quarum salutem ex omnibus suis visceribus  
 optabat: pro quibus horrendos tolerauit la-  
 bores, perambulans totum mundum infati-  
 gabiliter, prædicans per omnia regna & pro-  
 uincias, per plateas, per domos priuatas, eti-  
 am in carceribus, nunc pluribus simul, nunc  
 singulis in particulari, magna cordis teneri-  
 tate. b *Nocte*, inquit, *& die non cessauit*, monens  
 cum maternis lacrimis vnumquemque vestrum.  
 Ex quo procedebat, vt diceret: c *omnium me*  
*seruum feci*, vt plures lucrifacerem. Factus sum  
 iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer; et ijs  
 qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, vt  
 lucrifacerem eos; factus sum infirmis infirmus,  
 vt infirmos lucrifacerem; d *Græcis & Barbaris*,  
 sapientibus & insipientibus debitor sum; e om-  
 nibus omnia factus sum, vt omnes facerem sal-  
 uos. Et alibi. e *Per omnia omnibus placeo*, non  
 querens quod mihi utile est, sed quod multis, vt  
 saluisiant. O Charitatem latissimam, quæ om-  
 nes complectitur, neminem excludit; omni-  
 um hominum formas & figuras accipit, vt  
 omnes accipiant figuram CHRISTI, &  
 portent super se hominis cælestis imagi-  
 nem!

HINC etiam oriebatur sollicitudo, & ze-  
 lus boni communis in omnes, eorum damna  
 ita sentiens, atque si essent propria; ideoque  
 sensum hunc suum inter magnos suos labores

com-

a 2. Corint.  
5. 14.  
I.

b Actuum.  
20. 31.

II.  
c 1. Corint.  
9. 19. 22.

d Roma. 1.  
14.

e 1. Corint.  
10. 33.

III.



f 2. Corint. 11. 29. computat, dicens: f *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror?* & eadem ex causa dicebat Romanis; g quoniam *tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, eo quod videret fratres suos Israelitas non recipere Euangelium.* & Galatis, qui ab Euangelica puritate degenerauerant; h *Filius mei inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Aliàs seipsum nutricem apt el' ar, i *tanquam si nutrix* (inquit) *foveat filios suos: ita desiderans vos cupide, volebam tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam propriam animam, quoniam charissimi vobis facti estis, & alibi; k Testis est mihi Deus, quomodo cupiã omnes vos in visceribus Iesu Christi; quia eos cupiebat inuiserare in ipsum Christum, ut semper ipsum diligerent.*

## IV.

l. Philip. 23. amoris excellentia: nam, cum l *desiderium haberet dissolui, & esse cum Christo, concinere illud, eò, quòd permanere in carne necessarium existimaret, propter profectum & gaudiũ proximorum; nec dubitabat, abstrahere se à dulcedine contemplationis, & iucundo colloquio cù Christo, ut alij salui essent.* Eoq; progressa est eius Charitas, ut diceret, m *Optime ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, id insinuans, iuxta multorum Patrum interpretationem, quòd si necessarium foret ad salutem proximorum, vellet ipse eligere, provari visione Christi & eius gloria, aut per aliquod tempus, aut vsque ad finem mundi*

m Rom. 9. 3.  
S. Chrysost.  
S. Thom. &  
alij ibi.



quod maiorem gloriam nullam haberet, quam Christum amare, eius voluntatem implere, & multas animas lucrari, ut ei seruirent, & æternum amarent. Quarum animarum gratiã, aptius quam Moyles dixisset: *n* *Exodi 32.*  
*Peccauit populus iste, aut dimitte eis hanc no-*  
*xam, aut me dele de libro tuo:* potius enim vel- *32.*  
 lem absque mea culpa à te absens esse; quam tot animas culpã suã perire. O charitas celsissima & profundissima, quæ tam altè ascendis, ut nolis esse contenta, nisi Deum possideas; descendisq; ad eò profundè, ut velis sine culpa carere Deo, ut placeas eidem: da mihi, Domine, huic similem charitatẽ, qua in hoc meam requiem & tranquillitatem ponam, ut quamuis cum iactura mea, tibi tamen placeã, & multas animas ad te deducam, quæ te fruantur in æternum. Amen.

VLTIMO vehementer extollit hanc V.  
 Apostoli charitatem, quòd extenderet se etiam ad inimicos & persecutores suos, quos tanquam amicos diligebat, implens erga eos, omnes amoris leges; & ita dicebat, *1. Corint.*  
*Maledicimur & benedicimus; blasphemamur,* *4. 12.*  
*& obsecramus pro ijs, qui nos persequuntur; &*  
*iterum: p ego autem inquit, libentissime impen-* *2. Corint.*  
*dam & superimpendar ipse pro animabus vestris,* *12. 15.*  
*licet plus vos diligens, minus diligar.* Ex quo fie- *q Philip. 1.*  
 bat, ut si q aliqui propter inuidiam aut conten- *5.*  
 tionem, aut quod pressuram ipsi existimarent se-  
 suscitare, Christum predicarent, non solum  
 ipsi hoc graue non esset, aut de eis conquere-



retur, aut eos impediret: sed *in hoc*, inquit, gaudeo, & gaudebo, ut Christus annuncietur, *sive per occasionem suam sive per veritatem.*

Ex his considerationibus intimum concipiam desiderium, imitandi inflammatam hanc Apostoli charitatem erga meos proximos, bonos & malos, amicos & inimicos, respiciens in eis Christum Dominum nostrum, propter quem omnes diligi debent.

## PUNCTVM IX.

EX hac Apostoli Charitate, insignes alie virtutes eius promanant, quibus suam perfectionem satis manifestavit, aliquas nunc perpendemus.

## I.

a *Actuum*  
6.9.  
b *c. 20. 22.*

c *1. Corint.*  
9.16.

d *Luca 17.*  
10.

PRIMA est, magna OBEDIENTIA, erga voluntatem Diuinam, & omnes inspirationes, quibus se illa manifestabat; ideoq; cum ipsi inspiraretur, ut iret in *a* Macedoniam, aut in *b* Ierusalem, aut aliò, statim eò se conferebat, etiamsi sciret, graues ob eam causam persecutiones & labores in eo loco ipsum expectare: quia maiorem animæ suæ, quam vitæ, voluntatis Diuinæ exequendæ, quam propriæ quietis rationem ducebat. Et postquam hiis omnibus paruisset, nec de facto gloriabatur, nec aliquid se fecisse existimabat, c. *nã si Euangelizauero*, inquit, *non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit, & vana mihi est, si non euangelizauero.* Benè memor erat Apostolus illius Christi sententiæ, d *Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicit e: serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.*



SECUNDA virtus fuit magna SOLICITUDO in custodia lingua, & circumspeditione verborum exactissima; siue prædicaret, siue conuersaretur cum hominibus: vt constat ex ijs, quæ scripsit ad Corinthios: *e non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Domini, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.* FO *vrum perfectum*, verè religiosum, qui ita potuit linguam suam custodire, vt nec verbo laberetur, ne eius religio esset vana, aut perfectio minueretur! Sed quis loquendo impingere poterit, qui sincera intentione, vt ipse, & Diuinam sequens inspirationem, & attendens quod ipsum Deus audiat, & agens de solo Christo, loquatur.

II.

e 2. Corint.

2. 17.

f Jacob. 1.

26.

De hac regula in loquendo, plura supra.

TERCIA virtus fuit intimum DESIDERIVM proficiendi in virtute, & semper vltius progrediendi: nam post tot labores, adhuc dicebat: *g se non esse perfectum*, & ad culmen peruenisse: *sed qua retro erant, & quæ iam præstitisset oblitus, ad ea quæ priora erant, & nondum obtinuerat se ipsum extendens, ad destinatum supernæ vocationis Dei brauium persequatur.*

III.

g Philip. 3.

12.

QUARTA fuit admiranda DEXTERITAS in coniungendis virtutibus, quæ difficile alias coniunguntur, quales sunt humilitas & magnanimitas; mansuetudo & zelus; viscera misericordix & rectitudo iustitiæ; quia h castigabat, quando opus erat, delicta; & i resistebat illis, qui nõ progrediebatur, iuxta veritatē & sinceritatē Euangelij, quod ipse prædicabat.

IV.

h 1. Corint.

5. 5.

i Galat. 2.

11.



V. QUINTA fuit ingens DESIDERIUM  
 videndi Christum Dominum nostrum ob ma-  
 ximum amorem, quo illum prosequatur,  
 gemens intra seipsum, adoptionem perfectam  
 Filij Dei expectans, ac dicens: m sibi vivere  
 Christum esse & mori lucrum; quia morie ob-  
 tenturus esset semper manere cum Christo.  
 Et hoc desiderio dicebat, n quamuis optaret  
 peregrinari à corpore, & præsens esse ad Domi-  
 num, sed tamen siue absentem siue præsente-  
 tem, se contendere illi placere.

V.I Ex his oriebatur FIDUCIA ET SECVRA-  
 TAs illa, quã habebat de obtinenda gloria,  
 ita vt potuerit dicere: o Bonũ certamen certavi,  
 cursum consummaui, fidem seruaui: In reli-  
 quo reposita est mihi corona Iustitiæ, quam red-  
 det mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non  
 solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt adiu-  
 tum eius. HINC etiam nascebatur prompti-  
 tudo illa, & animi generositas, qua se offer-  
 bat, ad moriendum pro Christo, & pro bono  
 animarum: quã animi promptitudinem offe-  
 dit in omnibus operibus totius vitæ suæ: cuius  
 enim vita fuit quædam cõtinuata & producta  
 mor pro Christo, & pro suis proximis, & in-  
 dixit: p quia propter te mortificamur tota die  
 estimati sumus, ac vero tractati, sicut oves oc-  
 cisionis: & alibi: q semper nos, qui viuimus, in  
 mortem tradimur propter Iesum: & iterum  
 quotidie morior per vestram gloriam, fratres,  
 quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.

VII. DENIQUE, quando ita tulit occasio, ca-

k Phil. 1. 23  
 l Rom. 8. 23.

m Philip. 1.  
 21.

n 2. Corint.  
 5. 9.

o 2. Timot.  
 4. 7.

p Rom. 8.  
 36.

l 2. Corint.  
 4. 11.

r 1. Corint.  
 15. 31.

VII.



put tuum obtulit præcidendū pro Christo, & quamuis genus illud mortis leuius videretur, quia nō fuit affixus cruci S Petrus, fortè tamē huius causæ fuit, quod tota eius vita, post cōuersionem suam talis fuerit, qualem hæcenus diximus, quia scilicet, *sconfixus Christo in cruce*, eius passionis & *stigmata in corpore suo portabat*, & *v implebat in carne sua, qua de erant passionum Christi*, applicans eorum virtutem & efficacitatem (omnibus suis laboribus ad id impensis) *corpore eius, quod est Ecclesia*. Et hoc feruore paratus erat etiam crucis mortem subire, si fuisset illi ita cōcessum; imo mille cruciatuum generibus mori cupiebat, vt magnum erga suum Magistrum amorem ostenderet. O cælestis Magister, qui postquam in cœlum ascendisti, nouum hunc discipulum eligens, tua illum manu ita exspoliasti, & terrenis omnibus affectionibus spoliatum, induisti Diuinis: per eundem supplico, vt & me in tuum discipulum accipias, & copiosa tua gratia ita adiuues, vt te, sicut ille, possim imitari, teque in eius societate frui in æternum Amen.

s Galat. 2.  
19.  
t Cap. 6. 17.  
v Colos. 1.  
24.





## MEDITATIO XXXII.

DE VOCATIONE CORNELIJ Centurionis, & reuelatione quam Sanctus Petrus habuit circa gentium conuerfionem.

## PUNCTVM I.

a Actuum  
10.1.



**V**IR quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, Centurio Cohortis, qua dicitur Italica, religiosus ac timens Deum, in omni Domo sua, faciens elemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.

**CONSIDERANDAE** hic sunt excellentes virtutes, quibus hic vir se disponebat ad recipienda beneficia, quae Deus in illum contulit: mentem eius illuminans; ut Christi fides susciperet; & Spiritus Sancti plenitudinem tribuens etiam cum dono linguarum, sicut Apostoli acceperant. Nam *primum*, erat valde *religiosus*, deditus videlicet ijs rebus, quae cultum Dei pertinebant, & ipsius Diuini obsequium. *Deinde*, erat *timens Deum*, recedens ab omni peccato; & sic implens vtramque partem iustitiae, *discedere scilicet à malo, & accedere bonum*. Eratque adeo insignis exemplum eius, in vtraque hac parte, ut tota eius domus ipsum imitaretur: qualis enim est Dominus talis eius famuli; & qualis pater familias, et



les sunt eius domestici. TERTIO, frequenter faciebat eleemosynas cuicumq; ex populo petenti, absq; discrimine aut acceptione personarum. QUARTO, deditus erat orationi: dicitur enim quod deprecaretur Deum semper, valde scilicet frequenter, & continuate, in horis ad id designatis: id quod apparet ex eo, quod consuetudinem seruaret orandi hora nona, ut ipsemet asseruit, *b orans eram hora nona in domo mea*. Quamuis enim natione esset gentilis, in huiusmodi tamen operibus occupabatur, quia Deus benignè illum, suis auxilijs præuenit; & ipse studiosè imitabatur exemplum bonorum illius ciuitatis, cum quibus versabatur. Hunc Dominus noster tanquam exemplum proponit, ad pudorem eorum, qui fidem Christi habentes, eiusq; auxilia & Sacramenta percipientes, non tamen faciunt, quod ille gentilis & miles faciebat.

b Actuum  
10. 30.

DEINDE considerandus est modus, quo Christus Dominus eum vocauit, ut lumen & perfectionem, quæ illi deerat, impertiretur. *nam in visu vidit manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli, at ille intuens eum, timore correptus dixit: quid est Domine? dixit autem illi: orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam, in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi, quid te oportet facere.* In hoc apparet suavis Dei nostri providentia, quod ita attédât salutem & perfectionem

II.

c Actuum  
10 3.



quorum electorum. Nam, cum videt aliquem ex parte sua, & iuxta facultatem suam, & vires, Diuino subsidio adiutas, facere, quod scire & potest, statim ipse adest; vt illum doceat, quæ nescit; & auxilium præbeat, ad præstandum, quod alias non posset: adhibens ad hoc etiã extraordinaria media & miracula, quando necessitas exigit: sicut in hac occasione eum fecisse aduertimus. Ex quo magnam fiduciam concipiam de hac Paterna Dei prouidentia, & magnas dicam laudes, ob tot beneficia, quæ nobis confert. O Dilecte mi, cur tu sis mihi curæ, qui tantam de me curam geris? Secura & certa erit mihi saluatio, si tu eius curam susceperis; vt speciali prouidentia tua respicias, quid mihi desit, vt statim subuenias. Concede mihi, Domine, vt præstè ego, quidquid scio & possum facere; ostende verò mihi cælesti tuo lumine, quod non intelligo, & adiuua tuâ gratiâ, vt illud exequar.

III. PERPENDAM præterea, quod Angeli præcipuè Custodes, d *omnes sine administratione Spiritus prouidentia Dei, in ministerium missi ad nostram salutem: & ipsis incumbunt assistere inuisibiliter orantibus; & eorum orationes & bona opera, coram Deo offerre.* Ita Angelus hic Custos Centurionis, illi apparuit oranti, dixitque duo. PRIMVM quod eius orationes & eleemosyna ascendissent in memoriam, in conspectu Dei: (non itaq; remanserant in terra, sed peruolarunt ad cælum) ne Deus earum esset oblitus: sed præsentem illum habe

d Hebr. 1.

14.

e Tobia. 12.

12.

I.



haberet in sua memoria, & in eius conspectu  
 perseuerarent; sollicitantes, & procurantes  
 expeditionem salutis & perfectionis ipsius  
 Cornelij. Et vtraque simul ascendit: quia ora-  
 tio adiuuat eleemosynam, & vicissim ele-  
 mosyna orationem. Quare si uis, anima mea,  
 salutis tuæ negotium apud Deū feliciter ex-  
 pediri, dirige ad eum istos duos procurato-  
 res & sollicitatores, quibus in cœlo nulla est  
 porta clausa; nam *foratio humiliantis se nubes  
 penetrabit: & nō discedet, donec altissimus aspi-* f Eccli. 35  
*ciat, g & si absconderis eleemosynam in corde 21.*  
*pauperis, hac pro te exorabit ab omni malo; E-* g Eccli. 29.  
*leemosyna enim est oratio, non oris, sed o-* 15.  
 peris.

**S**ECUNDUM quod Angelus dixit Corne-  
 lio fuit, ut *accerferet Simonem qui diceret,  
 quid oporteret eum facere.* In quo aduertimus,  
 quod prouidentia Diuina, quamuis nos gu-  
 bernet per Angelos, in ijs rebus, quas non pos-  
 sunt homines præstare; in ijs tamen, quas illi  
 præstare possunt, per eos vult nos gubernare  
 quare Angelus noluit Cornelio dicere, quid  
 oporteret eum facere, quamuis potuisset; sed  
 remisit illum ad S. Petrum, ut ex eius ore illa  
 audiret: & simul Sancto Petro inspirauit, ut  
 ad eum docendum accederet. Discam itaque  
 hinc subijcere me huic modo gubernationis,  
 quem Deus constituit: tum ut suos ministros  
 honoret, tum ut omnes in humilitate conti-  
 neat, ob mutuam necessitatem, qua alij alijs  
 indigemus: sicut de Saulo & Anania in pro-



xima Meditatione obseruauimus.

PUNCTVM II.

a Actuum  
10.7.

a **M**ITTENS Cornelius duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum, in Ioppen, propinquantibus illis ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super cum mentis excessus, siue extasis animæ cum suspensione sensuum.

HIC est perpendenda laudabilis Apostolorum consuetudo in orando. Eligebant enim, & locum, & tempus, & horam ad orandum apta, vt hic apparet: nam Sanctus Petrus ascendit in altum, ad recessum siue locum separatam domus, vt liber esset à strepitu hominum, qui in parte inferiori versabantur.

I  
S. Damasc. &  
S. Thom. 2.  
2. q. 82. a. 17.  
b Matt. 6. 6.

In quo proponitur nobis opus perfectæ orationis, quod est eleuatio Spiritus in Deum, reiecto strepitu imaginum importunarum, quæ feruent in parte inferiori animæ. O Deus æterne, qui dixisti, vt ad b Orandum intrarem in cubiculum meum, & clauso ostio quietius & omnino in silentio & in abscondito, orationem meam offerrem; adiuua me gratiâ tua, vt recipiam me ad altissimum Spiritus mei conclaue, vt ibi orem, & adorem in Spiritu & veritate.

II.

ELEGIT etiam ad orandum horam sextam, sicut Cornelius habebat horam nonam

sequens



sequentes in hoc cōsuetudinem iustorū Ira-  
 el, qui ter in die orabant, hora scilicet tertia,  
 quæ est circa horā nonā mane; & sextam, quæ  
 est in meridie; & nonā, quæ est tertia post me-  
 ridiem: quam consuetudinem etiam c *David*,  
 & d *Daniel*, & cæteri e *Apostoli*, seruarunt;  
 quamuis studiosiūs *Apostoli*; propterea quòd  
 hora Tertia, Spiritus Sanctus descendit super  
 illos: sexta verò Christus conscendit crucem;  
 & nona expirauit, & ad Lymbum spolian-  
 dum descendit. Ex hoc concipiam firmum &  
 efficax propositum, designandi certas horas  
 orandi; & quando constituta hora aduenerit,  
 reliqua omnia dimittendi, vt orationi satis-  
 faciam: quod fecit Sanctus Petrus in hac oc-  
 casione; qui etsi esuriret, & vellet gustare, non  
 tamen orationem suam dimisit, sed ante ci-  
 bum sumendum ad eam accessit; vt prius Spi-  
 ritui cibum daret, quam corpori.

DEINDE considerandum est, quòd  
 CHRISTVS Dominus noster, vt suos e-  
 lectos extraordinarijs fauoribus prosequa-  
 tur, eligere soleat certum locum, & tem-  
 pus opportunum: & quidem vt plurimum,  
 eligit locum separatum; & tempus oratio-  
 nis: nam quando homo ex parte sua studet ac-  
 cedere ad Deum, & ad eius conspectum Spi-  
 ritu ascendere, tunc Deus speciales fauores,  
 quos potest & vult, illi ostendit: & ita in hac  
 occasione, suspendit sensus Petri, eumque  
 Spiritu eleuauit, vt videret occulta Dei: &  
 hanc suspensionem, vocat *f mentis excessum*.

Anima

c *Psal.* 54. 18  
 d *Dan.* 6. 10.  
 e *Actuum*.  
 3. 1.  
*Cassian.* lib.  
 2. 6. 9.

III.

f *Actuum*  
 10. 10.  
 f 2. *Cor.*  
 5. 13.



Anima enim à seipsa exiens supra se & supra vires suas eleuatur; & quando id fit violentia quadam interna, appellatur *Raptus*: rapit enim Deus Spiritum, & cogit ascendere, (sicut contigit g Sancto Ioanni) ad videnda Diuina mysteria. Ex quo intelligam, quamuis non sit tutum, tales mètis excessus optare & querere; deberetamen me excessum illum amoris desiderare & procurare, qui me extrahens à meipso, transferat ad Christum, ita vt cū Apostolo dicere liceat; *h viuo iam non ego, viuo verò in me Christus*: nam deserens omnia temporalia, & me ipsum cū illis, desino esse meus, & totus incipio esse Christi, oblectans me cogitando de ipso, & loquendo de ipso, & studendo illi in omnibus placere. O vere Deus amoris, iaculare in me excessum hūc amoris. O amor omnipotens, rapias cor meū, & transferas in locam vbi tu es; vt semper sim tecum amore coniunctus; & tu in me viuens, amor tuo gubernes.

## PUNCTVM III.

a Actuum  
1011.

**I**N hoc mentis excessu, vidit S. Petrus caelum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteam magnum, quatuor inuitis submittebat de celo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terrae, & volatilia caeli. Et facta est vox ad eum: surge Petre, occide, & manduca. Respondit autem Petrus. absit Domine, quia nunquam manducaui, omne commune, & immundum. Et facta iterum secundo ad eum: quod Deus purificauit, &

g Apocal. 4.  
2.

h Galat. 2.  
20.

S. Dionys. c.  
4. de Diuin.  
nomi. D.

Thom. 2. 2.  
q. 175, a. 2.



uit, communicavit, tu commune dixeris. Hoc autem factum est per ter, & statim receptum est vas in calum.

I.  
 CONSIDERANDVM hic primo, quodd Christus Dominus noster, sicut, cum in hac vita mortali prædicaret, utebatur Parabolis & similitudinibus, ad aperienda mysteria regni cælorum; ita spiritualiter uti consuevit huiusmodi similitudinibus, imprimens earum figuras imaginationi; in quibus quasi adumbratur mysterium, quod ipse vult: sicut hic fecisse apparet, cum Sancto Perro; & fecit cum Sæcto Ioanne in reuelationibus Apocalypsis, & etiamnum sese communicat hoc modo, quibus vult. Mihi autem solum incumbit, ut si comode possim, efformem in imaginatione mea figuras earum rerum, quas ipse nobis reuelavit in fide; verbi gratia, Christum Dominum infantem factum, in præsepi positum, columenæ alligatum, cruci affixum: ut huiusmodi figuris ad maiorem eiusdem Domini amore exciter, pro ut in illis proponitur; reliqua omnia Dei providentiæ relinquam; ut ipse faciat, quod magis expedit. Sed in hac tamen figura, quæ fuit Sancto Petro ostensa, vehementer resplendet infinita Dei Domini nostri charitas, qua vult in suam Ecclesiam & in cœlum ipsum admittere, quod in se est, omnes peccatores huius mundi, avaros, carnales, & superbos, tribus illis generibus animalium, quadrupedium, serpentium, & volatiliū expressos; quos colligit, non solum ex angulo illo

illo



illo Iudææ, sed ex quatuor mundi partibus ad hoc enim è cœlo descendit ipse in terram, & induit purissimum sacratissimæ suæ humanitatis linteum; ad hoc instituit suam Ecclesiam candidam, & puram, non habentem maculam, neq; rugam; eò direxit prædicationis quatuor Euangeliorum, quorum doctrina est de cœlo, ad salutem & vitam mundi. Gratias tibi, dulcissime & benignissime Iesu, ob infinitam charitatem, qua vocas omnes peccatores, quos omnes vis, humeris tuis impositos in cœlum portare! O dilecte mi, quomodo tu les feras & serpentes, admittes in linteum tuum candidum & purum! In desertis & speluncis terræ, eorum habitatio esse debet: quomodo ergo inde extractos, in isto linteum colligis, ut inferas in cœlum, & habitationes illis in æternis mansionibus constituas! Ego nunc non amplius diffidam de immensa tua misericordia, quæ adeò est proluxa & profusa in subueniendo nostræ miseræ.

## II.

DEINDE perpendam, quid illa vox significetur: Petro quidem facta, sed in eo omnibus etiã Christi ministris, OCCIDE & MANGERA: quasi diceretur, siquidem esuris, et comedere appetis, occide istas feras, istos serpentes, & aves rapaces, & comede ex eis: significetur: ad sacerdotes, & confessorios, & ministros Christi pertinere, ut occidant peccatores quo ad illorū peccata, auferentes illis vitam carnalem, & bestialē, qua viuunt, & adhibitis Sacramētis Baptismi & Pœnitentiæ

&amp; c.



& eos comedant, Ecclesie illos inferentes, tanquam eius membra; & Christo vnientes charitate & vitæ similitudine. Nam Christus Dominus noster horret reijcitq; peccatores viuentes, qui scilicet viuunt in peccato; admittit verò recipitq; intra se peccatores, mortuos peccato: quia hæc mors, noua illis adfert vitam gratiæ. O Deus æterne, siquidẽ tuis ministris iubes, vt occidant & manducent, tu ipse Domine occide & manduca per eos, efficaciter eos adiuuans, vt impleant, quod ex tanta tua misericordia illis præcipis.

DENIQUE perpendam, quid Sanctus Petrus respõderit, qui tunc non satis erat certus de voluntate Dei, circa admittendos gentiles in Ecclesiam: hoc enim significabat, quod recusaret comedere illa animalia, immunda, secundum antiquam legem; sed vox de cœlo dixit illi; *quod Deus purificauit, tu immundum & commune, ne dixeris*: quasi diceret; ne recuses ad meam fidem & religionem admittere, quos ego in æterna mea ordinatione elegi, vt sint Sancti, quamuis tibi improbi videantur. Ex quo apparet, quam aduersetur Spiritui Sancto, quod prædicatores & confessarij horreant peccatores, qui ad ipsorum pedes accedunt, quamuis sint abominandi; siquidem illos Deus trahit vt conuertat, & faciat iustos. O immensa IESU Charitas; quam tu varias adinuenis vias, vt manifestes amorem, quem habes erga peccatores! quis horreat illos recipere, quos tu non horres vocare? quis

hunc

III.



hunc cibum comedere recuset, quem tu afferis esse Sanctum! da mihi, dulcissime Domine, hanc famem saluandi peccatores, ut cum voluptate illos manducem, & corpori tuo inferam per gratiam, quos tu attrahis vera poenitentia.

## IV.

**DENIQUE** perpendam, hanc vocem facti esse *per ter*; ut magis penetraret, & imprimetur cordi Petri; sicut *ter* fuit interrogatus de amore erga Christum, & *ter* illi fuit dictum, ut pasceret oves Christi. Mox verò *vas illud* fuit receptum in caelum, in signum quòd Deus haberet caelum apertum gentibus, quæ conuerterentur, quantumuis fuerint magni peccatores.

**EXULTA** anima mea, cum vides recipere caelum linteum illud, plenum quadrupedibus, serpentibus, & volatilibus rapacibus magnis videlicet peccatoribus, non quidem viuis sed mortuis, at culpæ mortuis, viuis autem vitam per gratiam. Stude occidere in te vitam hominis veteris, & resurge cum Christo ad vitam hominis noui, ut cum eo caelum ingressus, sedem accipias in throno eius gloriæ. Amen.

## PUNCTVM IV.

a Actuum.  
10.17. &c.

**D**VM intra se *hesitaret Petrus*, quidnam esset visio, quam vidisset, ecce viri, qui missi erant à Cornelio, adstiterunt ad ianuam, & dixitq; Spiritus Petro: ecce viri tres querunt te. Surge & vade cum eis, nihil dubitans: quia non misit eos. Sequenti autem die profectus cum illis.



introiuit in domum Cornelij, Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis, & necessarijs amicis: & cum cognouisset Petrus à Cornelio, quæ illi accidissent, & ipse cepisset illis predicare Iesum, adhuc eo loquente, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiuerunt verbum, & loquebantur linguis, magnificantes Deum.

PERPENDENDVM hic, quod Christus Dominus noster, etiam si ostendat seruis suis aliquam visionem, interdum tamen non aperit, quid sibi illa velit; quod facit ex sua providentia, rû vt illi solidius in humilitate teneantur, tum vt orationibus suis, eius intelligentiam à Deo impetrent; aut etiam vt tempore & opportunitate, quæ magis expedit, eam illis aperiat, sicut nunc euenit Sancto Petro, qui Spiritus Sancti voci obediens, profectus est ad locum, vbi Cornelius cum suis, illum expectabat; quibus dum ipse Iesum Christum crucifixum feruentissimè prædicaret, omnes audientes crediderunt, & Spiritum Sanctum acceperunt, etiam cum dono linguarum.

I.

II.

HIC verò perpendenda est infinita Dei liberalitas, qui tot dona his gentilibus simul dedit: vt intelligamus (quod Sanctus Petrus hic dixit) *b quia non est personarum acceptor* *b Actuum*  
Deus: siquidè donum adeo pretiosum, atq; est *10.34.*  
Spiritus Sanctus, ita profusè dedit quibusdam hominibus, qui fuerant bestia & serpentes: quia hæc animalia, tanquam Deos adoraauerant; & ijs, qui serpentû linguas habuerat ad

V. Part. Medit.

A 2

blas-



blasphemandum verum Deum, & proximo veneno inficiendos, impertit linguas igneas, quibus Deum glorificent, & eius magna prædicent. Et quamuis sensim Deus illos sermone Sancti Petri illustrabat, & emolliabat: repente tamen & in momento eos transformavit, iustificavit, & gratijs ac donis implevit, cum magnis lætitiæ iubilis; qui omnes, ita statuente Sancto Petro, Baptismū susceperunt; & cum eo novum etiam gratiæ & lætitiæ augmentum: ipso quoque sancto Apostolo vehementer exultante, ob has gentilitatis primitias, quas hodie suo Magistro offerebat, cui sit honor in æternum. Amen.

MEDITATIO XXXIII.  
DE ADMIRANDIS VIRTUTIS EXERCITIJS, quibus B. Virgo post Spiritus Sancti aduentum occupabatur.

**V**T mysterijs gloriosis Christi domini nostri (cuius gloria tunc quodammodo fuit completa, cū secū habuit Matrē suā glorificatā) imponamus, adiungēda hic sunt meditationes aliquæ, de Vita, Transitus, & Assumptione gloriæ eiusdem Virginis Sanctiss. quæ, post Spiritus Sancti aduentum, (vt insinuat Ecclesia in Euangelio, quæ assignavit cantandum in die Assumptionis) elegit meliorem Mariæ partem, non tamen omnino relicta parte Marthe; quin potius optimam quod in ea erat, accepit; attendens non solum Dei contemplationi vacaret; sed bono quoque Spirituali proximorum, pro gloria Filij sui, &



consolatione primaeva Ecclesia: qua causa fuit  
 potissima, cur Christus Dominus eam non statim  
 acceperit secū in Calū, sed per quindecim annos  
 ultra reliquerit in terra: vt in eius absētia pra  
 staret ipsa officia, qua ipse cū suis discipulis facere  
 cōsueuerat, eo modo, qui in sequētib<sup>o</sup> proponetur.

S. Luc.

PVNCTVM I.

PRIMUM considerandum, quod Beatissi  
 ma virgo Domina nostra, ab Spiritu San  
 cto illustrata, non se recepit ad loca deserta,  
 sicut fecit Magdalena; sed, ad imitationem fi  
 lij, vitā elegit communem inter reliquos dis  
 cipulos; vt suo illos exemplo adiunaret, per  
 fectissimē obseruans consilia Euangelica, à  
 qua illi ea seruare didicerunt.

Quomodo  
 Euangelica  
 consilia ob  
 seruauit.

VIR  
 Virgo  
 tum

PRIMUM amplexa est Euangelicā PAV  
 PERTATEM, voto se obstringēs ad illā ser  
 uandā (nisi forte ante hoc tēpus tale votū edi  
 disse, quod videtur magis certū) sed nunc se  
 uerius & exactius illud seruauit, viuens ex e  
 leēmofyna, quā a Apostoli fidelibus & reliquis  
 viduis diuidebāt, singulis prout cuiq<sup>3</sup> opus erat.  
 ipsa verò melius, quā S. Paulus b contēta erat  
 habēs alimentū & quibus tegetetur, recentisē  
 per memoria tenēs fel, & acētū, ac nuditatem  
 filij sui in cruce, cuius cōparatione, parū sem  
 per existimabat esse, quod ipsa patiebatur. I  
 deoq; vt verē pauper Spiritū cupiebat maio  
 res semper paupertatis effectus experiri. cui  
 paupertati tāquā sororē eius, humilitatē ad  
 iūxit, quā Sācti eodē nomine appellāt. de qua  
 propterea peculiaris postea fiet meditatio.

I  
 Paupertas.

Actuum.  
 4.35.  
 1. Timo. 6.  
 8.





II.  
Obedientia.

c. *Matt.* 12.  
50.

d. *1. Corint.*  
4. 15.  
*Galat.* 4.  
19.

III.  
Castitas.  
*Medit.* 4.

e. *Exod.* 25.  
11.

DEINDE excellentem præstitit OBEDIENTIAM, nõ solũ circa ea, quæ Christus Dominus noster, in lege sua Evangelica, stabilita reliquit; sed etiam circa ea, quæ Sanctus Petrus & ceteri Apostoli, toti Ecclesiæ seruanda constituebant; primam se exhibens in obediendo & subiuciendo se omnibus huiusmodi statutis; memor illius filij sui sententiæ; *cuiuscumq; fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater & soror & mater est.* ideoque in nulla re ad eum voluit ostendere, se matrem esse Christi, atque in obediendo ipsi, & ijs, quos ille suo loco reliquerat. O Virgo celestissima, gaudeo, quod te videam Christi Domini mei Matrem, duplici titulo & nomine: tum quod in tuo utero illum genuisti: tum quod etiam in tuo Spiritu cõceperis, per imitationem eius perfectam. Superest tantum tertio quoq; alio titulo fias eiusdem mater, *gignendo* videlicet illum etiam spiritualiter in cordibus fidelium. gignas illum in anima mea, impetrando mihi, vt semper ille in ea uiuat. Amen.

TERTIO excellit in custodia CASTITATIS: (de qua dictum est p. 2.) nam uotum obstrinxit, & re ipsa perpetuo seruauit puritate maiori, quam Angelica. Quamobrem Ecclesia Sancta non solum eam *Virginem* uirginum appellat; sed etiam *ipsam uirginitatem*, dicens: *Sancta & immaculata uirginitas quibus te laudibus efferam nescio.* Id tantum nunc addo, sicut e. *Arca testamenti compacta ex la*



gnis setim, (quod est lignum incorruptibile)  
*deaurata erat auro mūdissimo intus & foris, sic*  
 virginem Sanctissimam incorruptibilem suā  
 castitatem purissimis virtutibus exornasse,  
 tam ijs, quæ externis operibus perficiunt cor-  
 pus, quam quæ internis perficiūt Spiritum; vt,  
 iuxta Apostolum, *eminenter f esset Sancta*  
*corpore & Spiritu.* Harū aliquas expendemus,  
 quas Sāctus Ambrosius refert ad castitatis cu-  
 stodiam. *Prima* fuit rara **MODESTIA** in  
 omnibus externis corporis motibus, simul  
 cum cælesti quadam compositione in aspe-  
 ctu, incessu, & modo loquendi ita, vt externus  
 corporis habitus exēplar esset internæ Sācti-  
 tatis & Spiritus. Et ex facie externa eius ædi-  
 ficij, conijci poterat interni ædificij pulchri-  
 tudo, vt nescio quid splendoris diuinitatis in  
 ea appareret. *Secunda* fuit **SILENTIVM** ad-  
 mirandum, prudentia plenum: quia solum  
 loquebatur, quando erat necesse, idque ver-  
 bis paucissimis, & voce valde humili, vt con-  
 stat ex ijs quæ referuntur in Euangelio. Quā  
 obrem ait Sponsus: *g sicut vitta cocçinea la-*  
*biatua:* his innuens, ipsam stringere verba  
 sua, ne diffuerent; indicijs tamen & signis  
 magnæ charitatis, vt suo loco est dictum.  
**TERTIA** fuit singularis **TEMPERAN-**  
**TIA,** & abstinentia, seruans in refectione re-  
 gulam quandam cælestem, quam referens S.  
 Ambrosius: *cibus, inquit, plerumq; obuius, qui*  
*mortem arceret, non delicias ministraret, ob-*  
*uium inquit, qui vbiq; inueniretur; & in ea*

1. Corint.

7.34.

Lib. 2. de

Virgin.

g Cant. 4.3

p. 2. Medit.

7. &amp; p. 3.

Medit. 9.



h *Matth. 9.*  
1.

e. *Romansen*  
*in vita*  
*cap. 2.*

i *Cant. 5. 2.*

quantitate quæ sufficeret, ne fame periret. Et præterea, post filij ascensionem, implevit, quod ipse futurum dixerat, illis verbis: *h nūquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? ventent autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* ipsa ergo plurimum ieiunabat, tum maximè, cum aliquandò à Deo petebat, pro bono Ecclesiæ; addens enim orationi ieiunium & pœnitentiam, sicut ipsa reuelasse dicitur Sanctæ Elisabethæ. *Quarta* fuit stupenda *vigilia.* vt enim idem Sanctus refert: solum dormiebat, quantum ad vitam sustentandâ esset necessarium, idq; cum somnum expellere non posset; sed nec tunc omnino otiosa erat: nam corpore dormiente, anima vigilabat, siue, quod legerat, repetendo; siue, quod interruperat, continuando; aut aliquid exequendo, quod facere proposuerat; aut aliquid recens proponendo varijs affectibus Spiritus, iuxta illud Canticorum i *dormio, & cor meum vigilat.* *Quinta* insignem adhibuit *diligentiam* in externis omnibus operibus, quæ ad cultum Dei, & obsequium filij sui; gubernationem pauperulæ suæ domus, & commodum proximorû pertinebant: adimplens magna sollicitudine opera religionis, pietatis, ac misericordiæ.

Hanc virtutem Sanctus Ambrosius ponderans, coniungit præcedentibus his verbis: *Quid ego exsequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam: alterum ultra naturam superfuisse, alterum penè ipsi natura*

defe



defuisse: illic nulla intermissa tempora, hic  
 congeminatos ieiunio dies. *Sexta* fuit vigi- k. *Prov.* 4. 23  
 lantissima *cordis sui custodia*, de quo Sapiens:  
*omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vi-*  
*ta procedit.* Quare, cum domo erat exeun-  
 dum, etsi comitem haberet, nullo tamen me-  
 liore sui custode, quam seipsa utebatur: sem-  
 per inuigilans sensuum suorum custodiae,  
 motuum corporis compositioni, & ut cor-  
 suum purum seruaret Deo suo, cui Solu placere  
 cupiebat, nihili pendens vana iudicia &  
 sermones hominum: nam, ut idem S. Ambro-  
 sius inquit, *arbitrum mentis solita erat non ho-*  
*mines, sed Deum querere*, cuius gloriam ut se-  
 per respiciebat, ita semper optabat, & quoad  
 poterat quarebat. O virgo suprema, caelesti-  
 bus Angelis purior, gaudeo & animo exulto,  
 quod virginum sis speculum, & religiosorum  
 exemplar, ac perfectionis Euangelicae magi-  
 stra. Supplica ergo Filio tuo, ut virtutibus tu-  
 is me exornet, ut omnia eius consilia perfecte  
 custodiam. Amen.

## PVNCTVM II.

QVAMVIS Virgo sacratissima altissi-  
 mam semper habuerit ORATIONEM  
 & CONTEMPLATIONEM, ut in Secunda  
 parte fuit dictum: sed ut aetate, ita etiam in  
 Dei donis crescebat, & nominatim in hoc o-  
 rationis & contemplationis. circa quod ali-  
 qua sunt expendenda, in quibus, iuxta exi-  
 guas nostras facultates, imitari eam possumus.

*Oratio &  
 contempla-  
 tio eius. Me-  
 dita. 4:*



I.

PRIMUM est, quod, speciali privilegio, remouerit a se quatuor illa, orationis & contemplationis, impedimenta, quæ Sanctus Bernardus vocat, *culpam mordentem, curam pungentem, sensum egentem, & irruentia imaginum corporearum phantasmata*. Nō itaque fuit Virgo Sacratissima, sicut illa a *Sudamitis*, quæ suis passionibus captiua tenetur, & *conturbatur propter quadrigas Aminadab*; quatuor videlicet harum rotarum currus, dum propter illas oculos suos auertit à Deo in oratione, donec ille efficaciter eam vocet, quater dicens *reuertere reuertere Sudamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te*. Nam virgo hæc sacratissima semper intuebatur Deum, nulla re diuertente, aut vel ad momentum ab hoc aspectu retrahente. Ad quod cōferebat, quod omnes virtutes, quæ ad orationem & contemplationem disponunt, & quibus tanquam alis in Cœlum subleuatur, valde perfectas haberet, præcipuè fidem viuam mysteriorum Diuinorum, confidentiam magnam in Deum, humilitatem profundissimam, & super omnia accensissimam charitatem, eminentem sapientiam, & reliqua Spiritûs Sancti dona.

II.

Et quod hæc virtutes essent nunc in ea magis adultæ & perfectæ; ideo & ipsa contemplatio perfectior erat. Quamobrem maiori cum admiratione Angeli nunc dicebant: *b quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fummi ex aromatibus myrrha & thuris, & vniuersi pulueris pigment arÿ?* atque si dicerent: quæ est ista

a *Canti. 6.*  
12.

b *Cant. 3. 6.*



ista plena myrrha mortificationis, thure orationis, & odoriferis omnium virtutum pulveribus? quæ in prunas charitatis coniectæ, suavissimum exhalant fumum contemplationis, qui semper ascendens, eò peruenit, ut nostrum effugiat aspectum, & assequi non possumus? O virgo Sanctissima, animo exulto, quòd vivens adhuc in terra, semper tuam conversationem habeas in Cœlo; volesque tam altè, ut ipsis Angelis te aspicientibus, magnū adferas stuporem. Trahe me, ô Virgo pijsissima, post te in odorem tuorum exemplorum; & accende in anima mea tantæ charitatis ignem, ut, quicquid in ea est terrenum, consumatur; &, ad cœlestia contemplanda, illam subleuet.

TERTIO, frequentissimè loca illa visitabat, in quibus eius filius mysteria nostræ redemptionis fuerat operatus: Hortum Gethsemani, montem Calvarium, Sanctum Sepulchrum; & montem Oliivarum, ex quo ad cælos ascenderat; & sacrum ipsum cœnaculum, in quod Spiritus Sanctus descenderat, & sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum fuerat institutum. Accedebat verò ad hæc loca magnâ reuerentiâ, ac deuotione, & altissima contemplatione mysteriorum, quæ in eis gesta fuerant; nouas circa eadè accipiēs illustrationes. O Virgo suprema, si licuisset gressus & vestigia tua in istis itineribus sequi, & ascendere tecum *c ad montem myrrhæ, & ad collem* *c Cant. 4. 6.* *thuris!* ut attenderem, sicut tu attendebas,



quod Christus in isto monte fuit perpeffus  
& quomodo in isto colle ille orauit! dicit  
me, ô Domina, vel nunc tecum; & ita dirige,  
vt rectè ascendam; & ita illustra, vt ma-  
gno Spiritus mei emolumento illa contem-  
pler.

## IV.

Q V A R T O , orabat virgo hæc sacratiffima, instanter, in omni loco, & tempore  
maiori que continuatione, quam orauerit po-  
ra alia creatura; exsequens Filij sui consilium:  
*d Luca. 18. 1.* *d quia oportet semper orare, & non desistere.* Orabat & contemplabatur die ac nocte  
etiam cum manibus laboraret; etiam dum  
dormiret, sicut iam diximus, frequenter  
de Deo cogitabat: qui eam tunc non minus  
iucundis visionibus visitabat, quam Patri-  
archam Iacob, cum e *in somnis vidit regnum*  
Dei in illa scala, qua, *stans super terram, Cælum tangebatur.*

## V.

E T vniuersim in sua contemplatione et  
traordinarios & maiores fauores accepit  
quam Sancti omnes veteris & noui testame-  
ti. Apparebat illi sæpe Deus, sicut Moyses  
loquens illi non per anigmata & figuras, aut  
somnia; sed ore ad os, & facie ad faciem,  
que ita clarè, atque in hac vita fieri potest  
Rapiebatur, sicut Apostolus, vsq; ad tertium  
cælum; & in ipsum Paradisum, vbi audiebat  
cana verba Dei, qua non licet homini loqui  
etiam sicut Sanctus Ioannes Euangelista  
Spiritu eleuata, vt res futuras præuideret  
idque maiori, quam ille, luce. *i vidit* sæpe

*f Numer. 12. 8,*

*g 2. Corint. 12. 2,*

*h Apocal. 1. 10.*

*i Actuum. 7. 55.*



riam Dei, sicut Sanctus Stephanus, & filium suum Iesum stantem à dextris Dei. denique tantæ erant spirituales delitiæ, vt Angeli admirati dicerent: *k quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens, innixa super dilectum suum!* quasi dicerent: quæ est ista, quæ per contemplationem sensim ascendit vsque ad cælum, & in eo ascensu tantam accipit deliciarum copiam, tantumque fauorem, vt suo semper dilecto innitatur, amore illi coniuncta, & firma ac singulari fiducia eidem innixa.

k Canti. 8. 5

O Virgo Sanctissima, animo exulto, quòd te videam tot Spiritûs delitijs plenam, adeoque tuo dilecto amore coniunctam! benè illas es promerita plurimis tuis laboribus, eius causa perpeffis! Licet tibi dicere cum Dauid: *! secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ letificauerunt animam meam.* Communica Domina, vel guttulâ cælestis istius liquoris, huic seruo tuo, vt exciter ad *currendam viam mandatorum Dei, dilatato ita corde meo.*

! Psal. 93. 29.

m Psalm.

118. 32.

VI.

VLTIMO perpendam, quod sacratissima hæc Virgo, extraordinaria fide, reuerentia ac deuotione, quotidie communicat, vt filium suum in sanctissimo Sacramento suscipiens, quotidie recens ei vniretur, sese cum eodem, in sacramento existente, oblectans; donec ad gloriam perueniret, vbi clarè eum videret.

In fin-



In singulis porrò communionibus tantū gratiæ augmentum recipiebat, ob suam excellentissimam dispositionem, vt sic impossibile verbis illud declarare. sæpissimè verò etiā in ea forma, qua est in ipso Sacramento se illi ostendebat, sicut postea, aliquibus seruis suis fecisse legitur. O Virgo sacratissima, ex animo gaudeo, quòd te videam renouare quotidie primam illam mentis lætitiā, quam habuisti in filij tui Incarnatione, dum eundem sacramentaliter condidisti in tuo pectore, quem tunc in tuo vtero concepisti. Per eundem tuum filium oro supplex, vt ab eo talem misericordiam dispositionem impetres, ad ipsum in communionem recipiendum, vt gratia me hic repleat, fruatur eo postea tecum in gloria. Amen.

## PUNCTVM III.

a Canti. 2.

4.

Eius zelus  
salutis animarum.

**Q**VONIAM sacratissima hæc Virgo Domina nostra quotidie a *ingrediebatur in cellam vinariam* filij sui, in ea accendebatur desiderio exercendi *ordinate* omnes actus & opera charitatis: ex qua oriebatur in illa zelus quidam gloriæ Dei, & salutis animarum ardentissimus; sed simul ordinatissimus, in quo licebit cuique illam imitari.

L

**P**RI MV M vehementer desiderabat salutem omnium hominum, quam omnibus quibus poterat, vijs procurabat: nunc pro ipsius prædicatoribus Euangelij orando, quòd Deus vim & efficaciam verbo suo daret; nunc pro ipsis peccatoribus, vt Deus illorum corda

tange



rangeret, & conuerterentur. Et ita licet credere, sanctissimę huius Virginis orationibus, tot millia hominum fuisse conuersa, primā & secundā S. Petri concione. Et ipse S. Paulus, pro quo illa non minùs orauit, quàm S. Stephanus, conuersus est, orabat & pro ipsis martyribus, vt Deus illis constantiam daret & victoriam: tenente autem ipsa *b eleuatas ad Deum manus*, multò meliùs quàm *Moyse cum vinceret Israel*; quo modo non vincerent illi pro quibus illa orabat! Ora Virgo suprema pro hoc seruo tuo, cum pugnat aduersus suos hostes: nam, te orante pro me, ego vincam per te, ideoque tua erit gloria victorię meę.

DEINDE, animas quoque adiuuabat, raro exemplo vitę suę; quę erat prædicator quidē mutus, sed efficacissimus, ad mouendum ad omnem virtutem, nam splendebat in ea quędam diuinitas adeo magna, vt, (quod S. Dionysius de illa dixit) nisi fides intellectum corrigeret, omnes existimarent eam esse Deum, sicut erat filius eius.

VERBO præterea, plurimùm adiuuabat ipsos Apostolos, docens mysteria fidei, quę ipsa magis in particulari, & maiori cęlesti lumine nouerat. consolabatur quoque & excitabat Christianos ad se accedentes, non solum ex Ierosolimis, sed ex remotioribus etiam orbis regionibus. nam vt S. Ignatius Martyr dixit, omnes cupiebant illam videre, tanquam prodigium quoddā cęlestis sanctitatis.

VERVM vltterius progressa est eius charitas

b Exodi. 17.  
II.

II.

Refert Dionys. Carhus. c. 3. de Diuin. Nominib.

III.

c Ep. 1. § 2.

IV.

tas



c Luca. 1. c.

Tom. 2.

Actorum.

Concil. E-

phesis. 27.

Epistola. 4.

inter Ignatij

Epist.

d Canti. 7.

12.

V.  
Epist. 1.

tas. nam, sicut inspiratione Diuina *ascendit ex Nazareth in montana iudae*, ut cognatam suam Elizabeth visitaret, & se mediante, Ioannes Baptista iustificaretur, ita eadem inspiratione aliquas habuit profectioes. Fuisse enim Ephesi affirmant Patres *concilij Ephesini*; Sancto vero *Ignatio* promisit ipsa, se iteram Antiochiam, & sic ierit ad alias partes ad adiuuandum & consolandum fideles, quae illam videre cupiebant; & eosdem in fide confirmandos, & ad ipsam fidem etiam inter Gentes dilatandam.

Quamuis enim ipsa amantissima esse quietis, & recollectionis; charitas tamen (vt in Canticis dicitur) illam vrgebat, vt d *surgere ad vineas Ecclesias videlicet, & videret, utrum illae florent, & num flores nouorum Christianorum, producerent fructus bonorum operum.*

**D E N I Q V E**, hoc tempore, & hanc ob causam ( vt refert idem Sanctus Ignatius ) magnas sustinebat murmurationes & persecutiones, ab Scribis & Phariseis & ijs omnibus, qui eius filium oderant in quibus persecutionibus perferendis, gaudium & laetitiam praese ferebat, quod aliquem contemptum & ignominiam pro filij sui nomine pateretur. quo admirando patientiae exemplo multis animi addebant qui persecutionem patiebantur, vt patientiam illam tolerarent. Affligebatur vero multum eius anima, lapsibus aliquorum debiliorem;



quæ melius multò, quàm Apostolus, dicere poterat: *e quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalisatur, & ego non vrro?* & illud: *f* 2. Corint. 11. 29.  
*zelus domus tue comedit me, & omnia interiora mea, sicut filium eius comedit, videns peccata eorum, qui domum Dei profanabāt.* f Psal. 10.  
 sed hoc totum magis illam vrgebat, vt feruentius oraret, & animarum salutem diligentius procuraret, ad eius gloriam, qui illas creauit, ac redemit. O Virgo suprema, si in partu filij tui naturalis Christi Iesu, nullos esse perpeffa dolores, satis nunc multos pateris in partu filij adoptiui, qui est genus humanum. g Apocal. 12. 1.  
*Amicta quidem es sole, & in capite tuo corona stellarum duodecim, & luna sub pedibus tuis: at clamas nihilominus parturiens, & cruciarius, vt parias hunc filium, h donec formetur* h Galat. 4. 19.  
**CHRISTVS in eo.** Clama, quaeso, Domina pro me, nec cesses clamare, donec ita formetur **CHRISTVS** in corde meo, vt ipse in me viuat, & ego in eo in æternum. Amen.

PUNCTVM IV.

**VLTIMVM**, quod in **BEATISSIMA VIRGINE**, ad Continuum eius in virtutibus augmentum. cognoscendum Sanctitatis culmen, ad quod peruenit, considerare possumus, est modus & ratio, quam tenebat in agendo: non enim

a pre-



a Eccl. 33.  
23.

S. Thol. 2. 2.  
q. 24.

S. Thol. 2. 2.  
q. 24. a 7.

b Prouer.  
30. 16.

I.

c Deut. 6. 5.

a *præcellens illa tantum erat* ( vt monet Sapiens ) *in omnibus suis operibus*, sed præcellentiſſima: quotidie augens innumeros excellentiæ gradus. Nam in ſingulis operibus ſuis vltimū faciebat, quod ſpiritualibus ſuis viribus facere poterat. operabatur enim toto affectu cordis ſibi poſſibili. Et quoniā Chriſtus Dominus noſter, valde feruentibus in agendo, in parato, vt dicitur, & ſtatim dat præmium, tantum eis gratiæ & charitatis augmentum tribuens, quantum opere illo & feruore ſuo promeriti. Hinc eſt, quod Virgo hæc ſacra- tiſſima in ſingulis operibus, quæ faciebat, duplicabat ſpirituales vires, quas habebat, aug- batque in duplum charitatem, qua amabat, quare, cum iterum amorem ſuum exercebat, amabat duplo maiori intentione, quam ac- tea: & hac ratione creſcebat quotidie incom- prehenſibili augmento. quia Charitas ( vt ait S. Tho. ) in hac vita non habet certum terminum ſui augmenti; & bignis amoris ipſius Vir- ginis, nunquam dicebat: ſufficit.

HINC eſt, quod Virgo ſanctiſſima Domi- na noſtra eminentiſſimè impleret præceptum illud: *c diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*: nam omnia ſua illa impendebat in amando Deo, cum omnibus facultatibus ſuis, & continuatione, quæ in hac mortalitate erat poſſibilis, ad quod iuuabant illam omnes rationes ſiue tituli, & cauſæ, quæ aderam vt filium ſuum amaret. vt in quarta parte



ius operis dictum est. EODAM modo perfectissime exequabatur petitionem illam Domini precationis: *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra*: eam enim exequabatur tam in magnis, quam in parvis rebus, tanto amore, tanta puritate intentionis, tanta diligentia, & fervore; atque illam Angeli explent in cælis; imò adhuc multò maiori, ijs tantum exceptis, quæ sunt propria beatorum.

STUDIOSE item contendebat dilatare quotidie, cor suum, ad recipienda ampliora Dei dona, ex illa magna fiducia, quam de eius bonitate habebat: ex quo proveniebat, ut (quod Isaias dixit) *diu mutaret suam fortitudinem, nouo accedente augmento; & nouas assumeret pennas, & sicut Aquila volaret, ad culmen perfectionis; curreret, non laborans; & ambularet, non deficiens: e* *Exultaret vt Gigas ad currendam viam suam magna celeritate, vsque ad summum eius. O Virgo gloriosissima filia Principis supremi, quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tot virtutum diuinarum? quam prosperè quotidie progredieris, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, & terribilis, vt castrorum acies ordinata. Inchoas tua opera, h quasi lux matutina splendens, quæ procedit & crescit vsque ad perfectam diem; prosequeris illa, sicut luna plena; adimplens illa plenitudine conformitatis cum voluntate Diuina; & perficis, sicut Sol, excellentiam singulari mundum illis illu, strans, & amore Creatoris inflammas. Ac*

Medita. i.  
puncto. 8.

I I.

III.

d Isaias. 46.

31.

psal. 18. 7.

f Corint. 7.

1.

g Corinti.

6. 9.

h Prouer. 4.

19.



denique omnia opera tua sunt, sicut castrorum, virtutum scilicet, acies ordinata, terribilis Dæmonibus, beneuola electis, quorum es protectrix: accipe me sub tua protectione, vt, te fauente, quotidie in eam virtute in virtutem, donec eo perueniam, videam Deum Deorum in Sion, in æternum Amen.

III

MEDITATIO XXXIV.  
DE GLORIOSO SANCTISSIMÆ Virginis  
Transitu.

## PUNCTVM. I.

I.



CONSIDERANDVM est primum, quam fuerit uirgine & inflammata Sanctissimæ huius Virginis desideria, in ultimis præcipue vitæ suæ annis eundi ad videndum Deum & simul esse cum filio suo: quæ tamen non ex aliquo vitæ præsentis tædio, aut horrore laborum, quos in ea tolerabat, oriebatur; sed ex puro amore, qui, cum vehementer est, vehementer quoque suspirat ad sui dilectæ præsentiam: nec ullam inuenit requiem, nec illum videat. Et quoniam in Diuinis libris erat versatissima, ex eis accipiebat verba affectus sui: Et ita, nunc secum ipsa loquens dicebat cum Dauide: a Heu mihi, quia incola

a Psal. 119.5



tus meus prolongatus est, habitavi, longo tempore, cum habitantibus Cedar: multum incolavit anima mea in hac vita. Nunc loquens cum Deo dicebat: *b* Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. *s*itit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? *c* Educ. de custodia huius corporis animam meam, ad confitendum nomini tuo. *me* expectant iusti, donec retribuas mihi, promissam iustitiæ coronam. Interdum cum Angelis, qui illam visitabant, colloquens, dixerit: *d* adiuro vos filia, & habitatores cælestis Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, qui amore languet. dicite illi; quod deficiat Spiritus meus & caro mea omnino languet, præ desiderio illum videndi, & eo fruendi.

EST tamen fas credere: fuisse interdum in corde ipsius Virginis Sanctam illam pugnam inter amorem Dei & amorem proximi; quam etiam Apostolus sentiebat, cum diceret: *e* *Coarctor autem est duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos.* *23.* amor enim Dei urgebat ipsam virginem Sanctissimam, vt cuperet dissolui, & apud filium esse; sed amor erga proximos, quorum videbat necessitatem, necessarium esse dicebat, adhuc manere in carne, ob eorum commodum. & qui a resignatissima erat in voluntate Diuina, excelsissima obedientia proculdubio dixerit, quod de S. Martino refertur: *In eius vita.*

*b* Psal. 42. 2.*c* Psal. 141. 8.*d* Cant. 5. 8.

II.

*e* Phlip. 1. 23.*In eius vita.*

Bb 2

Dom



*Domine, si adhuc populo tuo sum necessaria, non recusō laborem: fiat voluntas tua.* O Virgo ineffabilis, quæ nec labore fuisti victa, nec vinceris à morte; nec mori timuisti, nec viuere recusasti: quia id solum voluisti, quod voluit Deus, O si ego feruentia tua desideria, tanta resignatione imitarer, vt & mortem optarem cum læticia, & vitam sustinerem cum patientia!

III.

f Cant. 2. 5.

TANDEM cùm Virgo sacratissima presentit, paucos sibi dies vitæ superesse, capite nouo feruore ad discessum se parare, clarissimos virtutis actus exercens, illudque Cantorum vsurpans: *f fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* atque si, cùm animæ suæ facultatibus loquens, dixisset: vitam amoris consumit sensim vitam meam; proferte itaque novos flores & fructus cælestes erumpant meditationes, affectus, & fragrantia opera, quæ morbum leuent, & ad eius finem me disponant.

IN tribus his rebus prædictis, imitari debeo Virginem sacratissimam: præparando me scilicet ad mortem, inflammatis desideriis videndi Deum, resignatione propriæ voluntatis in Diuinam, & operibus perfectioribus augendo etiam feruorem, cum presentium meum imminere discessum. Non enim absque nota, tepidum esse in desiderio videndi Deum, & beatitudinem consequendam legitur enim esse in altera vita quandam rationem purgatorij, quam appellant Purgatorium.

*Refert Blossius in Monili Spirit. c. 13.*

rium



rium *Desiderij*, qua purgatur hæc tepiditas *desiderij* videndi Deum.

## PUNCTVM II.

**P**ERPENDENDA deinde sunt, quæ præcesserunt mortē sacratissimæ Virginis.

**N**AM *Primum*, quamuis Deus dominus noster beatissimam Virginem ab originis labe, præseruauit, noluit tamen, à corporis mortē, quæ illius est effectus, liberare. sed, quoniam, teste Apostolo, *a statutum est hominibus semel mori*, voluit, eam, sicut cæteros homines, mortem obire; vt magis appareret firmitas huius sententiæ mortis. *Item*, vt & ipsa Virgo, in hoc etiam, filium suum imitaretur, qui mortuus est, vt, sua morte, remediū nobis adferret, & vt, moriens, plurimum apud Deum mereretur, ex eo quod vinceret naturalem hanc carnis, ad moriendum repugnantiam. Siquidem teste Apostolo; *b nolumus exspoliari corpore, sed superuestiri veste gloriæ, vt sic absorbeat quod mortale est à vita.* *Item*, vt in morte sua omnibus præberet rarum virtutis exemplum, & compateretur morientibus, tanquam experta pugnam illam, & repugnantiam carnis; quia futura erat ipsa aduocatrix nostra in illa hora. Hinc titulos & motiua accipiam, supplicandi ipsi Virgini, vt in illa hora mihi subueniat; aliquem mihi fauorem, & gratiam impetrans, ex plurimis, quas

I.

a Hebr. 9.  
27.b 2. Corint.  
5. 4.



ipsa accepit in illa hora; dicamque illi, magno Spiritu, vltima illa verba salutacionis Angelicæ; *Ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ; & hymnum illum, M A R I A Mater gratia, Mater misericordia, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.*

## II.

DEINDE considerabo, quod, accedente statuto tempore transicus gloriosissime Virginis, miserit filius eius Archangelum Gabrielem, qui hoc ei annunciarer, venerit ille proculdubio resplendens, sic cum venerat ad eundem Diuini verbi incarnationem eidem Virgini annunciandam, estque verisimile eandem nunc salutacionem eum vsurpasse: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*, propter benedictum fructum ventris tui; a quo mihi sus sum annunciare tibi: peruenisse tandem horam, qua te ad se accipiens, præmia reddat tuis obsequijs digna; & simul magnam omnibus cæli ciuibus gaudium adferat, qui magno desiderio, te in societate tua habendi, tenentur. Quæ sensa, quæ eleuata, Virgo Sanctissima habuisse credenda est, his nouis auditis! hinc enim lætissimè iubilans plena dixerit proculdubio, quod dicitur quando Dauid: *c latata sum in his que dicitur sunt mihi, in domū Domini ibimus!* inde vero magna animi resignatione, repetiuerit forte responsum, quod eidem Angelo alia vice dederat: *d Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.*

Nicepho. lib.  
bro. 2. cap.  
21.

c Psal. 121. 1.

d Luca 1.  
38.



*dum verbum tuum.* Duplicem hunc affectum Beatissimæ Virginis, diligenter perpendam, & in corde meo custodiam, ad eam horam, qua talia mortis meæ noua audiam: placet enim Deo cum lætitia & resignatione, ea excipi.

PERPENDAM denique, prodigiosè peruenisse Apostolos, multosque alios discipulos, ut eiusdem Virginis morti interessent; ad ipsorum potius commodum, quam ad ipsius virginis consolationem: quamuis & ipsa gaudiosa fuerit, illos videns. Omnes flebant eius discessum, eiusque precibus se impensè commendabant: ipsaque omnes consolata, saluberrima dedit monita; Filiumque suum imitata, pro illis orauit, magnoque affectu eis benedicens, recepit, se illorum aduocatam in cælo futuram.

O Mater dulcissima, orphani manemus in terra, si tu ascendis in Cœlum; si tamen certum nobis adsit auxilium tuum de cælo, securi viuemus in terra. Ascende itaque feliciter, siquidem tua benedictione, pignus nobis relinquis, quod simus te secuturi,

vt Filio tuo in æterna gloria

fruemur. Amen.



III.

S. Dionys. c.  
3. de Diuin.  
nomin.  
S. Damasc.  
S. Iuuen.  
Lipoman.  
Serm. de  
Assump. B.  
Virg.



## PVNCTVM IIL

I.

a Ioan. 14.3.

b Can. 2. 10

c Canti. 4.  
8.

**A**PPROPINQUANTE iam hora, descendit Christus ipse Dominus noster de Cælo, ad Matrem suam, implens, ergulam, promissionem, quam fecerat suis Apostolis, cum dixit: *a* *si abiero & praparauero vobis locum in cælo, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum.* Certum vero est, adduxisse secum innumeram Angelorum multitudinem, qui illius morti interessent, & expulisse inde omnes dæmones ita, vt nemo auderet comparere, nec quidem illius habitationem, accedere. quàm blanda verba filius dederit Matri, non assequitur mens nostra, nec cogitare potest nisi per ea, quæ in Canticis sunt scripta: *b* *dixerit itaque amantiſſimè: b surge, proprora amica mea, Columba mea, formosa mea, & veni: Iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit: finiti sunt tui omnes labores. c* *Veni de Libano, Sponsa mea, veni de Libano, & de cæteris altissimis ac vberrimis montibus virtutum, in quibus hæctenus mansisti, desere iam mundum istum miserandum, qui est cubile leonum & monstrorum: veni coronaberis corona iustitiæ, quam abundè es promerita.*

**V**IDENS Beatissima Virgo filium suum audiensq; verba, quæ ad cor eius loquebatur, fas est credere, ipsâ, quæ magna eius erat caritas, petiuisse à filio, vt Apostolos ac discipulos consolaretur, copiosam super eos effunderet benedictionem. Et mox memor, qua ratione

ipſe



ipse eius filius in cruce expirasset, eadem verba & ipsa nunc protulerit, dicens filio suo: *o Pater mi, quia es Deus; & fili mi, quia es homo: d in manus tuas commendo Spiritum meum:* Et hæc dicens expiravit. O quam pretiosa fuit mors huius sacratissimæ Dominæ, ante oculos Dei! siquidem *e pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius.*

d Psal. 30. 6.

e Psal. 115. 15

**PRIMUM** enim eius mors pretiosa, quia non tam ex morbo aliquo corporis mortua est, quam ex vehementia amoris, qui corporis eius vires consumpsit, ideoque dicere potuit illud Sponsæ. *f Quia amore langueo, & vulnerata charitate ego sum.* cuius vulnus ad eius animam penetrans, eam ex corpore extraxit, ut eum ipsum videret, *g cuius cor ipsa prior inflammata sua charitate vulneravit.*

f Cant. 2. 5.

g c. 4. 9.

I.

II.

**DEINDE**, mortua est sine dolore, acceptante videlicet filio dolores, quos perpeffa illa fuerat, cum ipsum in cruce morientem vidit; ut nunc in hoc transitu nullum dolorem sentiret: dum etiam, quod animi lætitia, qua eius anima afficiebatur ex præsentia sui dilecti, adeo erat vehemens, ut nihil senserit à corpore separari: ut locum propterea in illa habuerit illud Sapientia, *h iustorum anima in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.*

h Sapie. 3. 1.

III.

**TERCIO**, quia omnia eius opera, quæ & plurima erant, & clarissima, simul tunc conuenerunt, manifestante illa Deo, ut eam comitarentur, & fiducia lætitiæque replerent. *Si beati sunt qui in Domino moriuntur, quia o*

i Apoc. 14.



opera eorum sequuntur illos, quanto erit beator, quæ in Christo mortua est, quæ amore puro ipsius Christi, & tantam habuit clarissimorum operum copiam, quæ illam comitarietur! Si *k* beatus est seruus, quem cum venerit Dominus eius in domum suam, inuenerit vigilantem; quanto beator erit hæc Virgo, quæ nunquã profundè dormiuit, sicut *l* fatua illa virgines; nec leuiter, sicut *prudētes*; sed semper fuit in vigilia: Si *m* Iustus (vt ait Sapiens) sperauit in morte sua, quanto magis sperauit hæc Regina iustorum, in extrema hac hora. O si *n* anima mea moreretur morte huius Domine, quæ eminenter *iusta* nomen meretur, & *fieret nouissima mea, eius similia*. O Virgo Sanctissima, quò mors mea in aliquo sit tuæ similis, impetra mihi, vt vulneratus amore viuam, & bonis operibus ita plenus, vt mortis tormentum non me tangat. Rectum quidem est, vt mortis corporis tormentum me tangat, siquidem poena est, quam mea culpa promerui; sed non me tangat Spirituale tormentum, vt nimio timore diffidentia & cordis defectio affligat.

## PUNCTVM IV.

I.

**P**OSTQVAM Virgo Sanctissima exspirauit, deduxerunt sacratissimi eius corporis funus ingenti pompa, Coelestia & terrena ita, vt de eo dicere liceat, quod dixit Isaias de ipso Christo, & erit sepulchrum.

*k* Luca. 12.  
43.

*l* Matt. 25.5

*m* Prou. 14  
32.

*n* Numer.  
23.10.

*a* Isaias. 53.10.



*eius gloriosum:* nam ad illud concurrerunt gloriosissimi quique ex terra, & ex caelis: Apostoli videlicet, & plurimi discipuli, qui cantabant hymnos, & laudes Deo, eiusque Mariæ, sicut Spiritus Sanctus cordibus eorum suggererat, ut etiam ore proferrent. Venerunt quoque Angelici chori qui funus ipsum sequebantur, & apud sepulchrum, cœlestem musicam concinentes, manserunt, venerantes Reginam suam, quæ ibi erat in deposito,

*Ita. Doctores supra citati.*

## II.

FUIT deinde sepulchrum illud gloriosum, ob plurima miracula, quæ fecit Deus in venerandi corporis illius præsentia: etsi enim, dum viueret, miracula non fecerit, tum ob humilitatem, tum ut Apostolis & prædicatoribus Euangelij, hoc munus relinqueret: tum denique, quod tota ipsius vita esset continuum quoddam miraculum; & quidem gloriosius, quàm fuerit vita Ioannis Baptistæ: sed mox, atque illa expiravit, voluit filius eius, eam honorare clarissimis miraculis, sicut Sanctos alios honorat.

## III.

FUIT denique gloriosus eius transitus: quia, etsi Apostoli & reliqui discipuli tenerè senserint ipsius Virginis mortem; credendum est tamen, statim Christum Dominum nostrum illis manifestasse, matris suæ gloriam; & eorum corda spirituali lætitia repleuisse certò sibi persuadentes, habere se in Cælo verè Matrem & aduocatam, quæ illorum curam gereret.

O Virgo



O Virgo suprema, quomodo possum, volo  
 corpus tuum Spiritu meo comitari, & infere-  
 re me ad utrumq; chorum, Apostolorum vi-  
 delicet & Angelorum, ut laudes tuas cum  
 illis decantem. Rectum omnino erat, ut, quā-  
 doquidem tuum corpus fuit gloriosissimum  
 sepulchrum, in quo verbum æternum, per  
 novem menses fuit, quasi sepultum; nunc, e-  
 dem tuo corpori, sepulchrum daretur valde  
 gloriosum: in quo, tanquam in deposito, es-  
 set per tres dies. Et quandoquidem, illud  
 tota vita sua, sese impendit in laudando &  
 glorificando Creatore, & verò intra tres dies,  
 ad eandem exercitationem, æternum præstā-  
 dam, sit rediturum; æquissimum omnino e-  
 rat, ut Angeli, tribus illis diebus, essent illi in-  
 star linguæ, per quos eum glorificaret, quem  
 semper hæctenus glorificavit. Gratias tibi  
 verbum æternum, pro honore, quem bene-  
 meritæ matri tuæ defers: per eam supplet  
 te oro, talem mihi des mortem, ut te  
 in eius societate fruatur in  
 gloria, per secula.

Amen.





## MEDITATIO XXXV.

DE ASSUMPTIONE B.  
Virginis quoad animam, super om-  
nes choros Angelorum; De es-  
sentiali eius gloria, ex  
coronatione.

## PUNCTVM. I.

**P** R I M V M, consideranda glorio-  
sa Assumptio, & ingressus Bea-  
tissimæ virginis in Cælum Em-  
pyreum: nam statim; atque illa  
expiravit; Sanctissima eius ani-  
ma, vinculis corporis soluta, in vno momen-  
to euolauit in Cœlum, & fuit glorificata. Sed  
hæc meditantes, more nostro cogitare possu-  
mus, quod sensim, & aliquo temporis inter-  
uallo, ad cælum ascenderit. *Primum* ergo per-  
pendam dulces amplexus mutuos Matris &  
Filij in primo illo animæ eius ex corpore e-  
gressu, cum ineffabili eius gaudio: ibi enim  
impletum est, quod Sponsa dixit: *a Læua eius  
sub capite meo, & dextera illius amplexabitur  
me.* Nā, quamdiu vixit in corpore, sustentauit  
illam contemplatione mysteriorum, & ope-  
rum humanitatis suæ, quæ Læua significatur:  
sed mox atque anima exiuit ex corpore, am-  
plexa est illam, & visione clara diuinitatis,  
quæ dextera significatur, circūdedit. O quā ex-  
ultabunda fuit benedicta illa anima, in pri-  
mo illo

Cant. 2.6.

C. 2.3.



b *Canti. 3.*  
4.

mo illo in tanti! quanto animi affectu dixit  
illud sponsæ: *b Inueni quem diligit anima  
mea: tenui eum: nec dimittam, donec in-  
troducatur me, secumque deducat in domum  
MATRIS meæ, cælestis videlicet Ierusa-  
lem.*

O Virgo suprema, impetra mihi talem vir-  
ginitatem, & talem charitatis ardorem, ut ma-  
atque anima mea è corpore exiuerit, in dilecti  
sui amplexus incidat, & ascendat cum eo in  
domum matris meæ, ubi tu mater mea habi-  
tas, gaudens cum filio tuo, per æterna secula  
Amen.

## II.

*Sermo de  
Assup. Virg.*

DEINDE, considerandus est illu-  
stris Hierarchiarum Angelorum comitatus,  
qui BEATISSIMAM VIRGINIS at-  
mam comitabantur, eius Assumptionem  
celebrantes, salutantes illam ( ut ait Sa-  
ctus Athanasius ) varijs, ingentis gloriae  
salutationibus; & exultantes, quod eam  
ad supernam suam ciuitatem deducerent  
congratulabantur ei de admirandis, quae  
Deus in illa operatus erat; & omnes vno con-  
centu cecinerunt, Gabrielis Archangeli sa-  
lutationem, in qua epilogus quidam con-  
nebatur excellentiarum ipsius. Ego rati-  
o Spiritu me inferens in medium harum Hier-  
rarchiarum, hanc eandem Dominam lau-  
dabo, eius celebrans triumphum, sicut fecerunt  
Hæbrei, Iuditham suam laudantes; &  
dicam: *ô Virgo gloriosissima, c tu gloria*

c *Iudith. 15*  
10.



*Ierusalem, tam militantis quam triumphantis; tu letitia Israel, tam eorum, qui in hac vita per contemplationem; quam eorum, qui in altera clarè & apertè vident Deum; tu honorificentia populi nostri, quia semper fecisti viriliter, eo quòd castitatem ita amaueris, vt nunquam virum cognoueris: & ideo eris benedicta in aeternum, & per te omnes erunt benedicti, quos tu protegeris.*

TERTIO perpendam, sacratissimam hanc VIRGINEM non Angelorum manibus, sicut mendicus ille Lazarus ad sinum Abrahæ fuit deductus, sed filij sui manibus & vlnis fuisse deductam, sic illi rependens obsequia, & iucunda officia, quæ in eius infantia ipsa illi præstiterat, in suis vlnis eum blandissimè gestando: ex hoc enim orta est ingens illa cælestium Ierarchiarum admiratio, cum dixerunt: *d qua est ista, qua ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suum!* quasi dicerent, quæ est ista, quæ ex sicco & sterili mundi deserto, vbi nihil est nisi labor & dolor, ipsa tamen ad eò diues, prospera, & abundans, delitijs cælestibus plena ascendit; & quidem non in seipsam, neque in Angelos, sed in suum dilectum innixa!

IN hunc modum ingressa est Virgo sacratissima coelum Empyreum, cum ineffabili omnium cælestium ciuiũ lætitia, & sanctissimæ Trinitatis gaudio. Nam Pater æternus

filiam

III.

VI

d Canti. 35.



filiam suam dilectissimam secum habere gaudebat; Filius dulcem suam Matrem; & Spiritus Sanctus dilectam Sponsam secum habere delectabatur: O quam læta exceptio, quàm suavia pacis oscula, quàm benevolus amplexus, quanta in colloquijs affabilitas fruunt inter talem filiam cum tali Patre; talem Matrem cum tali Filio; talem Sponsam cum tali Sponso! & inter ipsas tres diuinas personas, circa honorem tali & tam gratæ se venienti Principi deferendam! Hoc totum silentio & admiratione venerari studebo quia omninò maius est, quàm vel cogitatione assequi possim.

## IV.

Ex his dictis: intimum concipiam desiderium, sacratissimam hanc Virginem, in sua profectioe, Spiritu sequendi: incipiam statim me ipsum ad eam disponere. *Primum* corde deserendo mundum, cogitans illum mihi esse instar cuiusdam *deserti*, & omnino repellens: ut hac ratione Spiritualium capere efficiar. *Deinde*, studendo quotidie in virtute proficere, nō meis viribus innitendo, nec fingendo *carnem brachium meum*; sed brachium Dei adherendo, & fiduciam meam in eo collocando. *Tertio*, curando semper ita in Domino gaudere, & in rebus obsequij ipsius abundē in gratijs & donis eius, & *gsm* (vult Apostolus) *diues in Christo Iesu, ita ut nihil illi desit in vlla gratia, expectanti magna fiducia reuelationē gloriæ Domini nostri Iesu Christi*

e Cant. 85.

Jerem. 17.5

g1. Corint.

1.7.



## PUNCTVM II.

CONSIDERANDA deinde est essentia-  
 lis gloria animæ huius Virginis Domine  
 nostræ. Nam, si omnibus iustis (ait Christus  
 Dominus noster) a mensuram bonam, & con-  
 fertam, & coagitatam, & superfluentem da-  
 bunt, quam mensuram dederit ipse Matri suæ?  
 & si eadem mensura, qua mensi fuerimus, reme-  
 tietur nobis, quæ nunquam limitatam habuit  
 mensuram in amando & seruiendo Deo; quæ  
 mensuram, quasi absque mensura & termino,  
 par est credere, eam à Deo ipso accepturam?  
 mensura enim Virginis Sanctissimæ, in serui-  
 tio filij sui, semper bona fuit, cum omni gene-  
 re bonitatis, absque ullius culpæ admixtione,  
 plena omnibus gratijs & virtutibus, in pleni-  
 tudine bonorum operum, nulla eis defici-  
 ente circumstantia, sed conferta laboribus &  
 mortificationibus, coagitata & superref-  
 fluens in obseruatione Euangelicorum con-  
 siliorum, multò amplius præstans, quam te-  
 neretur: & nihilominus desiderans semper  
 plura præstare, nullo posito limite, suo desi-  
 derio. Si igitur Deus iustis reddit præmia  
 mensurâ gloriæ, quæ millicies superat ipso  
 rum obsequia, quanta reddidisse præmia cre-  
 dendus est, ad eò excellenti mensuræ Matr-  
 suæ?

a Luca. 6.  
38.

Ipse solus D E V S, qui ea reddidit; &  
 Virgo sanctissima, quæ accepit, assequi  
 V. Part. Medit. Cc possunt



possunt immensitatem huius mensuræ nobis  
sufficit credere, Beatissimam Virginem man-  
sisse plenam & saturam, & experta quod scri-  
ptum est : *b satiabor , cum apparuerit gloria  
tua.*

b *Psal. 116*  
15.

c *Iudith. 12.*  
18.

Dixerit illi proculdubio Deus Dominus no-  
ster, quod Holofernes ille Iudith viduę dixit:  
*c bibe nunc & accumbe in iucunditate: quoniam  
inuenisti gratiam coram me.* & responderit  
ipsa Virgo, idem quod Iudith: *bibam Domine,  
quoniam magnificata est anima mea hodie, per  
omnibus diebus meis.* Bibit itaque Virgo Sati-  
ctissima, & saturata est. Nam eius intellectus  
satur mansit clara visione Dei, Trini & vnus  
bibens ex immenso illo mari infinitæ eius sci-  
pientia, ita abundanter, vt Cherubim, qui di-  
cuntur plenitudo scientia, in eius cõparatione  
quasi vacui esse videantur; eius voluntas satu-  
rata est amore Dei beatifico, d *introducitur  
cellam eius vinariam, & vinum hauriens eius  
charitatis, vsque ad sanctam ebrietatem, tanto  
amoris excessu, vt Seraphini, qui amore ac-  
censi dicuntur, in eius cõparatione, quasi  
rigere videantur; Spiritus eius ita fuit saturus  
pacifica possessione infiniti boni, quod delin-  
derauerat, immersus in profundissimo illo  
mari gaudiorum domini sui, hauriens eius  
inundanti torrente deliciarum eius, tanta  
abundantia, & plenitudine, vt eius cõ-  
paratione Angeli, magna sibi premi vide-  
antur.*

d *Cant. 2.*  
4.

e *Isaia. 66.*  
1.

Denique vltimum, vt ita dicam, sicut be-



nitatis & omnipotentiae fecit Deus, explen-  
 do matris suae desideria, in eo gradu saturita-  
 tis, qui purae creaturae poterat competere;  
 reddendo illi praemium, quod ei toties po-  
 tum dederit, non aquae frigidae, sed lactis  
 sui pectoris, usque ad satietatem. tunc ergo  
 matrem suam filius pectori suae diunita-  
 tis applicuit, ut satiaretur infinita lactis ipsi-  
 us dulcedine. Tunc etiam reddidit illi pra-  
 mium pro haustu amarissimi calicis, quem  
 ipsius causa tempore passionis eius hauserat,  
 propinans illi dulcissimum gloriae suae ca-  
 licem, quo hausto traderet obliuioni æ-  
 rumnas omnes, & amaritudines præteri-  
 tas: eo quod incomparabiliter maiores  
 fuerunt suauitates, quam fuerint amaritu-  
 dines. *f. abstersit omnem lacrymam ab ocu-  
 lu eius; & ultra non erit neque luctus, neque*  
*clamor, neque dolor erit ultra; nec miseriae*  
*vllæ veteris hominis: quia totam reno-  
 uauit dotibus gloriae hominis noui. O Vir-  
 go gloriosissima, gaudeo de tanta tua glo-  
 ria, gaudio & satietate, quibus affice-  
 ris, sedens ad g mensam istam coele-*  
*stem, ad quam sedes cum filio tuo, & ad*  
*latus eius edens ac bibens idem, quod*  
*ipse edit & bibit. præ Apostolis merita*  
*es sessionem istam, & satietatem, ut quæ*  
*præ illis omnibus fidelius permanferis,*  
*cum filio tuo, in omnibus eius tenta-*  
*tionibus.*

*f. Apocal.*  
21.4.

*Luc. 22.30*



Quandoquidem ergo mensura, quæ tibi datur, ad eum est copiosa, memento esurientium & sitientium, qui in hoc terræ exilio habitamus; & vel micæ saltem aliquas nobis distribue.

HINC, firmum concipiam propositum, Beatissimam Virginem imitandi in ea mensura, qua ipsa Deo seruiuit; adhibitis quatuor prædictis circumstantijs, ad id me ipsum excitans, spe gloriæ, quam Deus mihi daturus est, millies ampliolem quàm mea opera, ex seipsis, merentur: id enim est, quod dixit Apostolus: *h. non esse condignas passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

*h. Roman. 8.  
18.*

PUNCTVM. III.

TERTIO, consideranda est CORONATIO Sæctissimæ huius Virginis, cum reliquis eius gloriæ circumstantijs.

I.

NAM primum, Virgo Sacratissima fuit eleuata super nouem choros Angelorum, ad gloriam, absque vlla comparatione maiorem, quam ipsorum: fecit enim eius filius illam sedere ad manum suam dextram, in throno magnæ maiestatis, maioribus amotis indicijs, quàm Salomon cum matrem suam *Bethsebee in throno collocavit.* Ibi impletum est illud Dauidis: *b. astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata a varietate.* Nam sicut Christus Dominus noster propterea

*a3. Reg. 2.*

*19*

*b. Psal. 44.*

*10.*

dic-



dicetur sedere ad dextram Patris, quod  
 fruatur optimis bonis gratiæ & gloriæ, quæ  
 sunt in Cælo; ita Virgo hæc Sanctissima se-  
 det à dextris filij: quia post illum, possidet  
 altiorem gradum gloriæ, supra omnes cho-  
 ros Angelorum, & reliquorum beatorum  
 Spirituum, nam quo est gloriosius c. nomen *c. Hebra.*  
 matris, quàm serui; eo altior est thronus vir-  
 ginis, quàm omnium cæterorum. Gaudeo ô  
 Angelorum Regina, de altitudine tui istius  
 throni! sit felix sessio ista ad dextram filij  
 tui! ô quàm aptè competit tibi aurea ista ve-  
 stis, tot virtutum varietate exornata! si  
 primus Angelus, qui ob suâ superbiam postea  
 corruit, dicitur d. fuisse in delitijs Paradisi *d. Ezechi.*  
 Dei, cuius operimentum erat omnis Lapis pre-  
 tiosus, nouem scilicet genera pretiosorum *28.12.*  
 lapidum, ornamenta scilicet & perfectiones *S. Grego 8.2.*  
 nouem chororum Angelorum; quanto ma-  
 gis tu eris adornata omnibus perfectioni-  
 bus viuorum & pretiosorum lapidum, cæ-  
 lestis istius Ierusalem! respice, ô Mater  
 misericordiæ, nuditatem meam, & impetra  
 mihi vestem nuptialem, quæ est charitas,  
 cum reliquorum pretiosorum Lapidum,  
 virtutum scilicet, ornamento; vt fiam dignus  
 comparere in præsentia Dei mei, eoque in tua  
 societate frui. Amen.

DE I N D E, fuit Virgo Sacratissima  
 pretiosissimis CORONIS, à Sanctissi-  
 ma Trinitate, coronata. Nam æternus Pa-  
 ter eam coronauit coronâ POTESTATIS,

II.



concedens illi, post Christum, potestatem  
super omnes creaturas, Cælestes, terre-  
stres, & infernales, ita vt & illi competat  
e *Psal. 8. 6.* illud Psalmi *e gloria & honore coronasti eam,  
& constituisti eam super opera manuum tua-  
rum.*

Filius D E I coronauit eam corona  
S A P I E N T I A E, dans ei claram co-  
gnitionem, non solum essentia diui-  
na; sed rerum etiam omnium creatarum,  
& omnium, quæ ad eius dignitatem, ma-  
tris scilicet & aduocatæ nostræ, perti-  
nent.

Spiritus Sanctus coronauit eam corona  
C H A R I T A T I S, infundens illi, non so-  
lum amorem Dei; sed etiam ardentissi-  
mum proximorum, cum vehementissimo  
zelo boni & Salutis eorum.

O quanta admiratione, & stupore affe-  
ctæ fuerunt tres Angelicæ Hierarchie,  
quando viderunt hanc V I R G I N E M talibus  
coronis adornatam! S E R A P H I N I stu-  
pebant ardorem charitatis eius; Cherubi-  
ni, scientiæ eius plenitudinem; Throni,  
abundantiam pacis eius, virtutes, excel-  
lentiam donorum; cæteri Angeli, altissi-  
mam eius perfectionem & Sanctitatem.  
Gaude ò anima mea, de hac Virginis coro-  
na, & lætare, quod habeas in Cælo mi-  
trem tantæ potestatis, & excellentiæ,  
vt sua intercessione possit omnibus tuis



miserijs remedium adferre; & tantæ S-  
 pientia, vt necessitates tuas omnes om-  
 nino perspectas habeat, tuaque desideria  
 & orationes cognoscat; & tantæ charita- *f Psal. 102.*  
 tis & zeli, vt plus ipsa ea tibi impleri deside- 4  
 ret, quàm tu ipse, qui ea petis. O Ma-  
 ter dulcissima, à Filio tuo *f in misericor-*  
*dia & miserationibus coronata!* Ora eun-  
 dem, Domina, vt me illis ita in hac vita co-  
 ronet, vt ad æternam coronam perueniam  
 in futura.

III.

PRAETEREA, Sanctissima Trinitas  
 coronauit Sacratissimam Virginem tri-  
 bus coronis gloriae accidentalibus, quas Theo-  
 logi LAUREOLAS appellant, si-  
 ue coronas lauri, quæ nunquam amittit  
 suum virorem. Laureolam videlicet, V I R-  
 G I N I T A T I S, M A R T Y R I I, E T *p. 4. Medit.*  
 M A G I S T E R I J. nam hæc Domina fuit virgo 47.  
 virginum; fuit martyr in passione filij  
 sui, sicut alibi dictum est; & magistra nostræ  
 religionis, cuius mysteria ipsosmet magistros  
 nostros docuit.

O Suprema Regina, quàm bene es pro-  
 merita istas coronas in cælo, ob copiosos *g Matt. 13.*  
 fructus, quos in terra produxisti! Tulisti 23.  
 enim fructum *g trigésimum*, sicut virgo;  
*Sexagesimum*, sicut magistra; *Centesimum*, si-  
 cut Martyr.

Rectum ergo est, vt talibus labori-  
 bus reddantur coronæ adeo pretiosæ.



quò iurem ego efficiar earum, dignus, impetra mihi, vt feram copiosum Sanctorum operum fructum.

## IV.

h Apoc. 12. 1

ULTIMO coronata fuit hæc virgo sacratissima, h duodecim stellarum corona, cuius mentio in Apocalipsi: nam, vt in eam confluerunt omnes excellentiæ & virtutes omnium ordinum sanctorum, qui sunt in cælo; ita fuit coronata prænijs illorum omnium, stellarum duodecim significatis. Resplenduit in ea summè & maximo excessu *Fides & Spes* Patriarcharum; *Lumen & contemplatio* Prophetarum; *Charitas & Zelus* Apostolorum; *fortitudo & magnanimitas* Martyrum; *patientia & penitentia* Confessorum; *sapientia & discretio* Doctorum; *sanctitas & puritas* Sacerdotum; *solitudo & oratio* Heremitarum; *paupertas & obedientia* Monachorum; *charitas & puritas* virginum; *humilitas & tolerantia* Viduarum; denique *fidelitas & concordia* sanctorum coniugatorum; ideoque consequens est, vt omnia præmia & coronas acceperit, excessu etiam incomparabili. Maximè enim propriè illi competit, quod Sapiens dixit: *multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.* quod est dicere; multæ animæ congregauerunt sibi magnos thesauros meritorum, & virtutum; sed tu multo plura coaceruasti quam illæ. Surge itaque Spiritu anima mea, & fidei oculis respice matrem hanc veri Regis Salomonis, cum corona gloriæ, qua Filius eius illam coronauit, in die sui in Cælum

Prover. 31.

29.

ingret.



ingressus, & in die lætitiæ cordis sui. Con-  
templare ineffabile supremæ huius Reginae  
gaudium, & affectum, quo sine dubio renoua-  
rie antiquum suum canticum: *k Magnificat* *k Luca. 1.*  
*anima mea Dominum, & exultavit Spiritus me* *46.*  
*us in Deo salutari meo: Quia respexit humili-*  
*tem ancilla sua. ecce enim ex hoc beatam me*  
*dicent omnes generationes: quia fecit mihi*  
*magna qui potens est, & sanctum nomen*  
 *eius.*

O Virgo gloriosissima, iam nunc possunt  
omnes generationes Cæli & terræ, te ore  
pleno, beatam dicere, ut quæ iam sis in pos-  
sessione eorum, quæ hactenus sperabas. Ma-  
gna quidem fecit in te semper, qui potens  
est; sed hodierna die, reliqua omnia ob signa-  
uit corona gloriæ, quam tibi reddidit, in  
præmium humilis tuæ paruitatis. Coronata  
est stellis, quia Sancti, qui te sunt imitati,  
gloria sunt & corona tua; ut qui interces-  
sione tua & auxilio, victorias suas obtinu-  
erint. Ideoque magna demissione coronas  
suas, *l cadentes coram te*, ad pedes tuos pro-  
ijciunt; agnoscetes, te mediante, se illas ob-  
tinuisse. *l Apocal. 3.*  
*8.*

O Aduocata pijsissima, & intermedia po-  
tentissima, succurre mihi intercessione tua,  
ut & ego sim in gaudium & corona tua, ita stre-  
nuè in hac vita pugnans, ut obtineam, te  
mediante, victoriam, & æternam gloriæ co-  
ronam acquiram. Amen. *m. Philip.*  
*4.1.*



## MEDITATIO XXXVI.

DE ASSUMPTIONE B.  
Virginis, quo ad corpus; &  
quem locum occupet in  
coelo Empyreo.

## PUNCTVM. I.



**P**RI MV M, consideranda est incorruptio corporis sacratissimæ Virginis in illo triduo, quo mansit in sepulchro, conseruante Deo eadem eius integritatem; quam habebat in vita. Nam etsi Virgo hæc sanctissima concepta fuerit naturali more cæterorum hominum; tamen speciali priuilegio fuit eius anima corruptione & macula culpæ originis præseruata, vt suo loco dictum est; ita, etsi naturalem mortem obierit, sicut cæteri filij Adam; speciali tamen priuilegio fuit eius corpus præseruatum à corruptione, quæ fuit pena culpæ; ita vt non inciderit ipsa in illam maledictionem, quam Deus intulit hominibus cum dixit: *quia n̄ puluis es, & in puluerem reuertaris.*

I.

Huius priuilegij tres fuerunt causæ. Prima fuit in præmium virginalis eius puritatis, quæ, vt fuit prodigiosa, & nunquam prius adita, propter magnam eius firmitatem ex voto, & maxima constantia, per totam vitam

p. 2. Medit.  
3.

in Gen. 3. 19.



decebat reddi illi præmium prodigiosum & extraordinarium; sed illi tamē accommodatissimum, vt seruaretur corporis aded puri integritas absque vlla corruptione per totam æternitatem.

*Secunda causa fuit in præmium extraordinariæ & altissimæ puritatis & sanctitatis animæ eius: quia nullus vnquam culpæ vermis illā momordit, nullus peccati puluis in fecit, nec vel odor aliquis Adami terreni: quare iustū omnino erat, ne vermes eius corpus tangerent, aut illud in terram, aut pulueres conuerteretur; sed integrum omnino maneret, sicut mansit corpus Adami cælestis, ob cuius sanctitatē dixit Dauid: *o non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.**

II.

o Psal. 15.  
10.

III.

*HINC Tertia oritur causa: quia sic decebat honorē ipsius Christi Domini, cuius caro erat quasi vna eademque cum carne purissimæ suæ Matris, ex qua illa fuerat assumpta: & vt illius caro nullam experta fuit corruptionem, ita ( Sancto Augustino teste ) consentaneum omnino erat, nec ipsam carnem Matris, in qua, certo quodam modo, filij caro erat, corruptionem experiri. O sacratissima mater Iesu, arca noui testamenti, de lignis Serim incorruptilibus compacta, laminis ex auro purissimo cooperta, vt digna esses habitatio eius, qui est propiciatorium totius mundi; ex animo gaudeo, de tui corporis incorruptibilitate, ac de purissimo tuarum virtutum auro, quibus tuum spiritum exornasti:*

Impe.



p. Petri. 3

4.

Impetra mihi, o Virgo Suprema, incorruptibilitatem illam quieti & modesti spiritui, quae est in conspectu Dei locuples; ut liberans animam meam ab omni corruptione culpae, tu quoque corpus meum suo tempore liberum a corruptione, quam meretur ob culpam.

## PUNCTVM II.

**D**EINDE consideranda est ipsa corporis sanctissimae Virginis Resurrectio, quae tertio die prodijt e sepulchro, viuum & glorificatum, virtute & omnipotentia filij cui parum visum est, se facturum, si corpus Matris suae, usque ad generalis resurrectionis diem, incorruptum conseruaret: ideoque voluit tempus illud praeveneri, & tertio die illam resuscitare. Huius favoris & privilegii prima causa fuit, quia, cum Dei Filius tantum de matrem suam amaret, voluit non solum eam facere voti copotem, in eo, ut sacratissima eius anima Deum videret, sed & naturae eius desiderium, se iterum corpori coniungendi voluit explere: quod desiderium habent animae relictorum beatorum, de quibus dicitur in Apocalypsi, quod clamant voce desiderio magno resurrectionem suorum corporum. Et quandoquidem corpus & anima Virginis sanctissimae, coniunctissima semper fuerunt & conformia, ad complendam Deo voluntatem: decebat, ut Deus ita illam

a Apocal. 6.

11.

S. Grego. 2.

Moral. c. 6.



uniret; vt eadem conformitate, æternum ipsum laudarent.

*Secunda* causa fuit, vt spem nobis faceret nostræ resurrectionis, credentibus quod non solum Christus ipse verus Deus & homo, sed eius quoque Mater, quæ pura erat creatura, resurrexerit: & eadem ratione, magna in nobis excitaret desideria, eundi ad eam videndam. *b* *Colos. 3. 1.* *quærentes non quæ sunt super terram, sed quæ sursum sunt in Cælo, vbi Christus est, & eius mater, ad ipsius dextram sedens.*

II.

*Tertia* causa fuit, vt cum omni proprietate, ex tunc vsque ad diem iudicij, & in æternum conseruaretur in Virgine nomen MATRIS DEI: quod nomen propriè non competit soli animæ, sed composito ex corpore & anima. *Item*, vt posset in Cælo plenè facere pro nobis officium Matris & Aduocatæ, placantis indignationem Filij, ostendendo illi suum pectus, sicut Filius ipse placat iram Patris; ostendens illi vulnera sua: & ita haberet ipse in Cælo *c* *Genes. 2.* *adiutoriũ simile sibi, in gloria animæ & corporis, sicut habuit Adamus in Paradiso.*

III.

PROPTER has causas, & alias in præcedente puncto allatas, decreuit Deus, Matrem suam Sanctissimam tertio die resuscitare, coniungens animam corpori. O quanta fuit huius Domine lætitia, ex hoc nouo beneficio! & quam ex corde ac serio renouauit tertia illa die, consuetum suum canticum: *Magnificat anima mea Dominum, & exultet Spiritus*

meus



*meus in Deo salutari meo: quia fecit in me magna, qui potens est: Dum animam & corpus meum glorificauit. O quanto gaudio affectu fuit illud corpus, cum se vidit sacratissime suæ animæ recens coniunctum; & accepisset per eam quatuor illas gloriæ dotes! fuit factum millies splendidius sole, & sine vlla comparatione pulchrius quàm plena Luna mansit iam immortale, impassibile, agile, & totum spirituale; sine vlllo timore famis, aut frigoris, aut defatigationis, aut alterius aliquid cuius miseræ: quia hæc omnia cessarunt, cum ad nouam vitam resurrexit, nunquam amplius moriturum! Gratias tibi, Verbum æternum, pro nouo hoc, adeoque singulari favore Matri tuæ exhibito, consulens hac ratione tuo & illius honori: siquidem gloria est filiorum, parentes habere gloriosos. Ex animo gaudeo, & tibi congratulor, Virgo gloriosissima, de hoc nouo priuilegio, hodie tibi Filio tuo concesso, quo ille animæ tuæ desiderium impleuit, glorificans corpus tuum à similitudinem corporis sui, intercedo pro te apud ipsum, ostendens illi pectus tuum, quod eidem infantulo præbuiisti, vt impleat quæque desideria animæ meæ, adiuuans me, vt in hac vita seruiam illi ita fideliter, vt postea glorificer plenè in futura.*

Amen.



## PVNCTVM. III.

**C**ONSIDERANDA Tertio est Assumptio corporis glorificati, Sanctissimæ Virginis, in Cælum. Et quamuis ipse modus quo assumptum est, non sit nobis notus, licet tamen illum, ad similitudinem ascensionis ipsius CHRISTI, meditari, cogitantes, Virginis resurrectionem ita factam fuisse, ut Sanctissima eius anima ad corpus veniret, illique vniretur; sicut futurum est in generali resurrectione, in die Iudicij.

**C**YSTODIEBANT sepulchrum millia Angelorum, cælestes musicas cantantium, (ut supra est dictum) qui inde ad Christum Dominum nostrum clamantes, dixerint fortè illud Psalmi: *surge Domine in requiem tuam, tu & Arca Sanctificationis tuæ.* Nam tua requies erit, tecum deducere Arcam, in qua infinitus Sanctitatis thesaurus fuerat depositus.

Et mox suprema hæc Arca ascendere cepit in vlnis Cherubinorum, & Seraphinorum; penetrantium ingentibus ineffabilis gaudij & lætitiæ iubilis per aëra & omnes cælos, vsque ad ipsum Empyreum. Excepit illam summa voluptate dilectus eius Filius, *inferens illam, sicut Salomon fecerat in Sanctum Sanctorum, in locum scilicet altissimum illius templi cælestis, & coronauit, eam, sicut Arcam, corona ex auro purissimo, circumdans totum eius corpus ineffabili quadam*

I.

a Psal. 134.  
8.

II.

b 3. Reg. 8.  
6.c Exodi. 25.  
11.

clari-



claritate & pulchritudine, quæ ipsius Emperatoris cæli, in quo iam erat, Splendorem superabat. O quàm fuit clarius redditum illud cælum, renouatum lumine talis solis & talis lunæ, qualis Christus erat, & Mater eius! O quàm læti Angeli, ex gloria talis Reginae, cuius intercessione sperabāt, reparandas fore sedes illius regni! O quàm hilares reliqui beati, ob gloriā rātæ matris; qua mediāre, fiduciam habebant, se visuros innumeros homines cæli incolæ. O quàm fuit contenta humilima hæc Mater, cum se vidit, ex infimo terræ, ad locum altissimum Cæli supremi euectam! Gaudeo o Mater sanctissima, de duplici stella gloriæ tibi data, altera animæ, sicut cæteris beatis; altera ex speciali priuilegio statim pro tuo corpore abundè impleuit filius tuus sua promissa, siquidem dedit tibi *d coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, & pallium laudis pro Spiritu maritoris; & vult, vt statim, in terra ista tua, duplicia possideas præmia, cum lætitia sempiterna.* Eleua Mater Sanctissima Spiritum meum in cælum, vbi ad dextram filij tui sedes; patet enim vbi Mater est, & filios esse; & vbi est corpus, ibi etiam congregantur & aquila. O mihi alæ darentur aquilæ, vt in altum volarem contemplerer gloriam corporis glorificati huius virginis! Surge, anima mea, ingenti gaudio, ascendens supra te ipsam, & supra omnem creaturam, & oblita rerum terrenarum suspira cœlestes, vbi est Pater tuus cœlestis & Mater tua glorificata. Imitare humiliter

d *Isaia. 61.*  
3-7.

s *Matt. 24.*  
28,



tem, quam ipsa habuit in vita, ut cum ea exalteris in futura. Amen.

MEDITATIO XXXVII.  
DE HEROICA SANCTISSIMÆ  
Virginis humilitate, ob quam  
fuit super omnes Angelorum  
choros exaltata.



VAMVIS Sanctissima Virgo in  
omnibus virtutibus excelluerit  
singulariter tamen excelluit in  
humilitate, cui eiusdem exalta-  
tionem attribuere possumus, se-  
quentes Apostoli regulam, de Christo Domino no-  
stro dicentis: a quod ascendit, quid est nisi quia  
& descendit primum in inferiores partes ter-  
ra? qui descendit ipse est, & qui ascendit su-  
per omnes caelos, ut impleret omnia. Hoc ita-  
que ipsum possumus de Matre eius sanctissima  
dicere: quae ascendit super omnes creaturas, quia  
ipsa demisit se infra omnes illas; & gloriosissima  
duodecim stellarum corona, quam habet in  
Caelo, data illi est ob duodecim heroicis humili-  
tatis actus, quos exercuit in terra: quos ponam  
in hac meditatione, collectos ex omnibus, quae di-  
cta sunt in meditationibus de vita eius: praecipue  
in secunda parte. Et quoniam est quaedam humilitas  
versus Deum, & humilitas versus reliquos homi-  
nes: Et ipsa beatissima Virgo eminet in utraque  
de eis dicemus in tribus subiectis punctis.

a Ephes. 4.9

b Apoc. 12.6

PUNCTVM I.

PRIMUM consideranda est heroica Vir-

V Part. Medit.

D d

ginis

I.



ginis Sanctissimæ humilitas, circa dona, quæ à Deo accepit: in quibus valde elucet hæc virtus, in his eius actibus.

## I.

PRIMVS est, summo *silentio* ita ea dona *occultare*, vt neque verbo, neque motu aut externis aliquibus signis illa manifestet, ob vllum respectum humanum, aut pretextum aliquem apparentem glorificandi Deum, aut utilitatem proximo adferendi; nisi necessitate id omnino exigente, ipse Deus velit & statuat, vt manifestentur. Nam, qui, extra hoc casus, dona, quæ in secreto accepit, manifestat, exponit se periculo (vt S. Greg. ait) vt eis spoliatur à latronibus, inani gloria, superbia, & arrogantia. Ac propterea vera humilitas, magna asseueratione dicit illud Isaia: *a secretum meum mihi, secretum meum mihi*. Bis autem idem repetit, vt significet, quàm serio recipiat, secretum illud sibi seruare, & seorsum illo frui.

Homil. 11. in  
Euang.

a Isaia 24.  
16.

HVC actum exercuit beatissima Virgo dum Angeli reuelatione, & suæ conceptionis mysterium ita occultauit, vt nec suo sponso b S. Iosepho (quæ alias tenerè diligebat) voluerit ipsa aperire. Quare meritò illam dilectus eius appellat c *hortum conclusum, & fontem signatum*. nam silentio occultabat gratias quas à Deo accipiebat, nulla ratione illas manifestans, donec ipse Deus illas manifestaret.

b Matt. 1.  
19.

c Cant. 4.  
12.

## II.

EX hoc actu sequitur secundus, horrere scilicet suas laudes, inuitumque ac cum contractione



tractatione quadam & displicētia illas audire:  
 Nam (vt S. Greg. ait) quando humilis ab alijs  
 laudatur, aut in se non agnoscit illud Bonum,  
 quod audit; aut, si agnoscit, veretur ne illud  
 amittat ob inanem complacentiam, quæ ex  
 auditis laudibus oritur; aut etiam fortè, quia  
 his laudibus, tanquam temporali quodam  
 præmio, excludetur ab æterno. Hunc actum,  
 modo quodam eminentiori, beatissima Vir-  
 go exercuit, cum Angelus verbis magnarum  
 laudum, eam Salutauit, compellans illam, d  
*gratia plenam, & benedictam inter mulieres.* d *Luca. 1.*  
 Nam, vt erat humillima, turbata est, existi-  
 mans tantam excellentiam non esse in sua  
 paruitate: quia infimam valde opinionem de  
 se habebat.

d *Luca. 1.*  
 28.

## III.

HINC Tertius humilitatis actus oritur,  
 qui est quando ipse Deus vult sua dona alicui  
 collata manifestari, aut ipsemet aliquâ viâ  
 ipsa manifestat, statim ei *gloriam dare*, illum  
 laudare, ac benedicere: dicens illud Davidis:  
*e non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo sit*  
*gloria:* & eodem affectu desiderare, vt omnes  
 alij etiam dent gloriam Deo, ob eandem  
 causam, dicendo illud Davidis: *f Magnificate*  
*Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in*  
*id ipsum;* & illud: *g exultent & letentur, qui*  
*volunt iustitiam meam, & dicant semper ma-*  
*gnificetur Dominus.*

c *Psal. 113.*

9.

f *Psal. 33. 4.*

g *Psal. 34.*

27.



HÆC Beatissima Virgo fecit, quando aduertit, Deum Sanctæ Elifabetæ reuelasse secretum illud mysterium, quod ipsa esset Dei Mater: & quando magnalia illa de se audiuit. Nam eodem momento gloriam Deo propter illa reddidit, dicens: *h Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Et hac ratione Sanctam Elifabetam prouocabat, vt totum illud opus Deo attribueret; cum ipsa propriam paruitatem confiteretur. O virgo Sanctissima, quæ, sicut alter Iob, *i non vidisti solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarè: quia nunquam tibi complacuit in gloria & fama apud homines, sed Deo gloriam semper ob accepta dona reddidisti.* Iure optimo in Cælo es *k annis* verò sole, iustitiæ, & luna huius mundi *e* *sub pedibus tuis; & in tuo capite corona stellarum duodecim, quibus resplendes l in perpetuas aternitates.* Impetra mihi, ô Mater Sanctissima, talem humilitatis gradum, quo *e* *modi corona dignus efficiar. Amen.*

h Luc. 1. 46.

i Iob. 31. 26.

k Apoc. 12. 1

Dani. 12. 1.

## PUNCTVM II

CONSIDERANDA deinde heri  
Ceiisdem Virginis humilitas erga Deum  
Dominum nostrum, & erga homines, ob  
amorem. Expendemus verò eos actus, in quibus  
hæc humilitas magis apparet.

QVA



QUARTVS itaq; ordine actus humilitatis est, sicut ait David: *a eligere abiectus esse in domo Domini: & (quod in se est) b sedere in nouissimo loco*: quamuis Deus assignet illi primum. Id autem fecit virgo hæc Sanctissima, cum intellexit, Deum velle, ipsam in altissimo suæ domus loco, post filium suum, collocare, Matrem eius eam faciens. nam, vt verè humilis, nouissimum sibi elegit locum, qualis solet esse ancillarum in domo: seipsa enim Domini ancillam appellauit. Et ob eam causam S. Lucas attendens eius desiderium, recensuit illam vltimo loco, post Apostolos & reliquas mulieres; inter quas etiam illa erat, quæ fuerat in ciuitate peccatrix: Et ob eandem causam, tanquam maximè humilis cum venit in Bethlehem, libuit illi, pro sua mansione, viliissimum totius diuersorij locum, stabulum videlicet, eligere.

QUINTVS actus humilitatis est: *subijcere* se omnibus legibus, & obedire ordinationibus Dei, & ministrorum eius, etiam in rebus honori proprio & existimationi contrarijs; nec admissis priuilegijs, aut exemptionibus, quamuis sufficientem ad eas quærendas causam haberet; nec ad se legibus subijciendum aliquo præcepto teneretur. delectatur enim humilis potius obedire sicut cæteri; vt se præ cæteris humiliet, etiã cū ipsa humiliatio posset excusari, sicut ipse Christus Dominus se humiliavit, & legi d *Circumcisionis* subiecit: & *efactus est obediens vsq; ad mortem cru-*

## IV.

a Psal 83 11.

b Luc. 14.

10.

c Luc. 1. 38.

3. p. Medit.

10.

Actuum. 1.

14. cum mu-

lieribus &amp;

Maria ma-

tre Iesu.

S. Bernar in

id: Signum

magnum ap-

paruit. &amp;c.

## V.

d Luc. 2 21

e Ephes. 2. 8.



*cis.* Hoc optum exactissimè implevit Virgo Sanctissima, obediens legi Purificationis, quæ illam non obligabat; & quamvis ei obedire, esset cum aliquo sui honoris decremento: nam lex lata fuerat pro immundis mulieribus, *f. que suscepto semine concepserunt*: quod et si in ipsa locum non habuit, voluit tamen cæteris mulieribus, quæ masculos peperissent conformari, atque si vna ex illis esset.

f *Leuitici.*  
12. 2.

## VI.

SEXTVS actus humilitatis est, *subijcere se, & humiliare*, non solum maioribus & æqualibus, sed etiam inferioribus cedendo omnibus primum locum, præueniens eos ciuilitate honoris, eam libenter alijs præripiendo, iuxta consilium Apostoli dicentis: *g in humilitate superioris sibi inuicem arbitrantur, h honore inuicem præuenientes.*

g *Phili. 2. 3.*  
h *Rom. 12.*  
10,

i *Luc. 1. 40.*  
In *Lucam*  
et *ibi. Beda.*

HOC præstitit beatissima Virgo, cum suam cognatam in *Elisabeth* visitauit, & primam salutauit, ita se humilians, vt (S. Ambrosio teste) maior in dignitate, multo se inferior subijceret, eique inferuieret. Idem autem obseruabat cum omnibus, tanquam vera magistra humilitatis. *k vt se omni humana creatura subijceret, propter Deum.*

k *Petri. 2.*  
13.

## VII.

SEPTIMVS actus humilitatis est *inferuiri* alijs in officijs abiectis, & humilibus, idè libenti animo præstare, atque si natus esset non vt ipsi ab alio ministraretur; sed vt alijs ipse ministraret: sicut dixit Christus Dominus: *l Filius hominis non venit ministrare.*

l *Matt. 20.*  
28.



*sed ministrare: & dare animā suam, redemptionem pro multis.* Quod ipse perfectè præstitit, exercens artem fabrilem, & victum suo labore comparans, pro alijs laborando, & illis inseruendo: qui suis etiam discipulis inseruivit, vsque ad pedum lotionem: vt nobis exemplum, quod sequeremur, relinqueret, ad quod etiam nos exhortatur Apostolus, dicens: *in per charitatem Spiritus seruite inuicem.*

1 Marci 10.  
45.in Galat. 5.  
13.

Hoc idem beatissima Virgo exactissimè expleuit; nam, vt pauper vxor pauperis fabri, humilibus domus suæ officijs occupabatur, iuuans & ipsa labore manuum suarum, ordinarium victum comparare; & gerens se in hoc tanquam ancilla, cuius est munus, alijs domesticis ministrare: quæ B. Virgo maiori, quàm Abigail, animi demissione, dixerit proculdubio: *ne ecce famularua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum, & ancillarum Domini mei.*

in 1. Reg. 25.  
41.

## VIII.

Huius humilitatis gradui alter tanquam comes coniungitur, *refusare* videlicet, quantum in se est *officia & dignitates* honorificas, & ea munia, quæ apud homines magni fiunt: quia aut ineptum, ad ea gerenda, aut eis indignum se existimat; aut fugiendi honoris causa, quem secum adferunt; aut suæ humili conditioni se accommodandi, & in ea vitam suam quierè ducendi.

Hoc præstitit beatissima Virgo, quæ teste

3. p. q. 27. a.

5. id. 3.

Dd 4

S Tho-



1. Timot. 2.  
12

S. Thoma, nullum in vita sua edidit miraculum, nec publicè voluit vnquam prædicare; sed priuatim tamen interdum Apostolos, aliosque discipulos docebat mysteria fidei; honore publicæ prædicationis, Apostolis ipsis, alijsque discipulis, sponte relicto; amplectens illam regulam, quam postea Apostolus tradidit illis verbis: *i docere mulierem nõ per- mitto*. Potius credendum est eam siue in templo, siue in alijs congregationibus, & concionibus mansisse, & audiuisse sicut vnã ex alijs mulieribus. Magna verò humilitate Christus Sacerdotes venerabatur; de quorũ manibus sacram Synaxim suscipiebat, non solum indignam se iudicans tali potestate, sed nec desiderans, speciali priuilegio eam sibi à Filio communicari. O Virgo gloriosissima, bene in te collocatus est thronus gloriæ, quem in cælo occupas, vt quæ tantopere te in terra demiseris. Rectum omnino est, vt primum tibi, post filium tuum, occupes locum, quæ in terra nouissimum semper elegisti, equum esse vt omnes Angelicæ Hierarchiæ tibi subiciantur; siquidem Tu ipsis hominibus, tanquam ancilla subiecisti. Siquidẽ ergò ad eò perfectæ humilitatis consilia seruasti, adiuua me, vt ad imitationem tui eadem ego seruem, omnibus me subijciendo in terra, vt postea Deus exaltet in Cælo. Amen.

te



## PVNCTVM III.

**C**ONSIDERANDA tertio est heroica  
 humilitas, quam hæc Virgo Sanctissima  
 in suis ostendit humiliationibus, paupertatis,  
 & iniuriarum, quæ ab alijs illi euenerunt:  
 quæ lapis lydius sunt, in quo perfectio depre-  
 henditur humilitatis, versus Deum, & versus  
 homines. Et initio facto à faciliori, nonus  
 actus humilitatis in ordine est, *libenter esse*  
*pauperē*, & exercere quidquid ad paupertatē  
 pertinet, & humiliationes illas amplecti, quæ  
 ab ea proueniūt. Nā, esto paupertas spontanea  
 nō sit dedecori inter Christianos, at quādo nō  
 constat, paupertatis exercitium, esse sponta-  
 neum, aut ex necessitate, contemptum affert  
 inter homines: quare raræ humilitatis est, se  
 ipsum tanquam pauperem in omnibus gere-  
 re; & ita sinere se ab alijs tractari, vt solēt alij  
 pauperes tractari, idq; non violentia aliqua,  
 sed sponte. Hanc humilitatem Beatissima  
 Virgo magna sua voluptate exercuit, in  
 omnibus, quæ occurrebant, occasionibus.  
 Nam in Bethlehem ab omnibus est passa re-  
 pulsam, cum quæreret hospitium: ideoque  
 ad commune pauperum in hyeme refugium  
 confugit, quod est stabulum. In die Purifica-  
 tionis nō voluit offerre Agnum, sed *partur-*  
*turum, aut duos pullos columbarum.* In Aegy-  
 pto, & post reditum in Narareth semper  
 complexa est contemptus paupertatis. Ob-

IX.

a Luca 2.

24.

D d s

lecta



lectans se in hoc, ut tractaretur ab omnibus, instar aliarum pauperum mulierum, qualis ipsa erat.

X.

DECIMVS heroicus humilitatis actus est, *patienter & in silentio* ferre ignominias, quæ contra suum honorem & bonam estimationem eueniunt: non se excusando, nec se defendendo, aut de illata sibi iniuria conquerendo; sed tacendo & acceptando ignominiam cum magna animi demissione, & voluptate, propter Dei amorem. In quo sunt aliqui gradus.

*Primus* est ferre patienter iniurias, & contemptus, qui eueniunt propter nostras culpas.

*Secundus* altior est, ferre iniurias absque nostra culpa, & tacere, etiam cum falsa testimonia contra nos dicuntur.

*Tertius* & adhuc altior gradus est, quando calumniam patimur, occasione alicuius boni operis, ex quo laudem potius & gloriam merebamur.

*Quartus* & omnium altissimus gradus est, hæc omnia ferre non solum ab inimicis, aut nobis ignotis, sed etiam à proprijs fratribus, cognatis, aut amicis. Talem humilitatem exercuit Christus Dominus nosse in iniurijs, & contemptibus, quos passus est in hac vita. Eandem quoque Sanctissima eius

matr



mater exercuit, cum sponſus eius Sanctus Ioseph; videns eam in vtero habere, & suspicatus illam esse adulteram, voluit illam dimittere: ipsa tamen tacens ita sustinuit, vt nihil pro se attrulerit, sicut in suo loco perpendimus. Estque facile credendum, non solum ea occasione, sed etiam alias sustinuisse Virginem sanctissimam huiusmodi iniurias, facta saepe particeps falsorum testimoniorum, quæ in filium suum dicebantur.

2. Medit.

4.

Et quando CHRISTI cognati, illum persequentes, b *voluerunt tenere*, & tanquam fariosum ligare, conuerterint se forte contra eius matrem, quam videbant pro filio esse; & pro eo respondere: ipsa verò omnia tacens, sustinebat, melius c *gaudens*, quam Apostoli, *pro nomine Iesu contumeliam pati*.

b Marci. 3.

21.

c Actuum.

5. 41.

VNDECIMVS humilitatis actus, qui simul cum precedente incedit, est, cum quadam serenitate & pace cordis *reprehensiones*, reiectiones, insipidas & aridas responsiones tolerare: tam internas, quas sentimus, dum agentes cum Deo, habemus desolationem, quia aut negat, aut concedere differt quod petimus; quàm externas, quas à nostris superioribus, aut alijs proximis accipimus, quamuis absque vlla nostra culpa; & etiam si aliquis nostri contemptus inde sequatur.

XI.

Nā in huiusmodi occasionib<sup>9</sup> tolerare, absq;

execu-



S. Bernar-  
dus. serm.  
45. in Cant.

excusationibus, querelis, aut indignatione, est actus heroicæ humilitatis, quæ Deo Domino nostro vehementer est grata, & propter eam (teste S. Bernardo) vehementer illi placuit sponsa, quam pulcherrimam appellauit, eo quod grauius reprehensa, etiam cum minis, illa tamen tacuit, cum diceret illi sponsus. *si ignoras te, egredere, & abi.*

d Luca. 2.  
49.

HANC humilitatem exercuit frequenter sacratissima Virgo, & in varijs occasionibus, quando filius eius, cum esset annorum duodecim, asperè respondit ipsi, & S. Iosepho: *quid est quod me quærebatis, nesciebatis quia in his qua Patris mei sunt oportet me esse?* Et in nuptijs, cum quadam ariditate, & indijs negandi, quod petebat, dixit: *e quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea:* & cum alijs eidem Christo Domino aliqui dicerent, *quia Mater tua & fratres tui foris stant quærentes te,* magna quadam reiectione respondit: *quæ est mater mea & qui sunt fratres mei? quia facit voluntatem Patris mei, ipse meus frater & serer & mater est.* In his omnibus occasionibus, quæ speciem quandam reprehensionis, & repulsæ habebant, conseruauit Virgo sanctissima insignem humilitatem, & silentium, sicut suis locis perpendimus. Et in hunc modum se habuit in alijs multis occasionibus, etiam cum alijs personis, tolerando eas magnæ cordis sui pacæ & tranquillitate.

e Ioan. 2. 4.  
Par. 2. me-  
dit. 30.

f Matt. 2.  
46.

Par. 3. me-  
dit. 9.

XII.

DVODECIMVS actus humilitatis est non se subtrahere, cum domestici & cognati

cont-



contemnuntur, aut calumniam patiuntur; sed potius earum velle esse participem, studendo illis interesse, sicut Iob, quem (vt ipse ait) *non terruit despectio propinquorum*, siue quod ab eis ipse, siue quod illi ab alijs despicerentur: neutrum enim illum terruit. Beatissima tamen Virgo robustiori pectore hæc sustinuit; cum præsens esse voluit opprobrijs, & calumnijs filij sui, & collocare se iuxta crucem, nihil horrens, quod omnes agnoscerent, eam esse Matrem hominis illius, supplicio indignissimo affecti, & in medio duorum latronum crucifixi, vbi etiam hoc nomine multas sustinuit iniurias, quamuis sitiret pati multo maiores, vt suo loco est dictum.

g Iob. 31. 34.

Medit. 50.

P. 4.

Hæ sunt duodecim humilitatis actus, qui in hac Virgine resplenduerunt, adimplente quod dixit Spiritus Sanctus: *h quanto magnus es, humilia te in omnibus; & coram Deo inuenies gratiam*: Et ita re ipsa eam inuenit Virgo sanctissima, cui postea reddita est in Cælo corona duodecim splendentium stellarum, quæ præmium essent duodecim generum humiliationum, & eueherent ad altissimum gloriæ thronum, vbi cum filio suo, ampliori dignitate quam Apostoli, *i induet duodecim Tribus Israel*. Gaudeo, Virgo sanctissima, quod te videam tot coronis iustitiæ à Filio tuo coronatam. Aequum omnino erat, vt quæ tot heroicæ humilitatis actibus erat circumdata, tot splendoris radijs etiam exornaretur: & quæ, vt se humiliaret voluit, omnibus ho-

h Eccle. 3. 20.

i Matt. 19. 28.

i Luca. 22. 26.

mini-



minibus se subicere, sedeat nunc in throno maiestatis, vt omnes illos iudicet. Et siquidem nunc in throno gloriae sedes, non vt iudicem, sed vt aduocatam agas, ora filium tuum, me vt misericordijs coronet in hac vita, vt obtineam in altera, iustitiæ coronam, Amen.

MEDITATIO XXXVIII.  
DE DEVOTIONE ERGA  
B. Virginem, & bonis quæ cum ea  
nobis proueniunt, & de rebus,  
in quibus illa est mani-  
festanda,

PUNCTVM I.

**C**ONSIDERANDA imprimis sunt plurima motiua, quæ habemus ad Virginem hanc sanctissimam, dominam nostram, omnibus nostris viribus diligentiam, collocantes illam in proximo loco, post eius filium: perpendentes in singulis motiuis & rationibus, quid possimus, aut debeamus facere, vt illi seruiamus.

**P**RI MA ratio & motiuum est, eò quòd Sanctissima Trinitas plus amet hanc Virginem, & Dominam, quam omnes Angelos & cæteros Sanctos simul, ob eminentem eius Sanctitatem, supra omnes illos. Quare iustum omnino est, vt & ego illam, præ omnibus alijs puris creaturis, diligam, conformans hunc meum amorem cum illo Dei; & plus

dili-



diligens eam, quæ, ob suam maiorem sancti-  
tatem, plus meretur diligi. Ex quo varios de-  
ducam affectus gaudij spiritualis, & oble-  
tationis ob ipsius Virginis bona; gaudendo,  
quòd ipsa sit adeò chara Deo, & quòd grati-  
am apud ipsum inuenerit: gaudendo item de  
eius Sanctitate, ac de cæteris eius virtutibus,  
gratias Deo agendo, quòd illas ei commu-  
nicauerit: ipsam verò Virginem Sanctissi-  
mam orando, vt earum partem mihi impe-  
tret, quòd & ego Deo sim charus, & gratiam  
inueniam apud ipsum.

## II.

SECUNDA ratio est, eò quòd *Mater* sit  
ipsum *Dei* & *Saluatoris* nostri; qui ob magnū  
amorem, quo illam prosequitur, vult etiam  
omnes eam amare, eique seruire vt dignitatis  
eius magnitudo postulat; tanquam sibi exhi-  
bitum reputans, quòdcunque exhibetur Ma-  
tri. si enim, loquens de pauperibus, dixit, a Matt. 25.  
*quod fecistis vni ex his fratribus meis minimis,* 40.  
*mibi fecistis:* quanto magis dicet, quod feci-  
stis in obsequium mee Matris mihi fecistis.  
Si itaque diligo serio Christum: quia pluri-  
mum illi debeo; par certè est amare quoq; nò  
solum æternum eius patrem, cum quo est vnus  
idemq; Deus; sed etiam eius Matrè, cum qua  
est vnus idemque Spiritus, ob singularem in  
eam amorem.

## III.

TERCIA ratio est, quòd sit quoq; *Mater* no-  
stra, nosq; illa intimè diligit, quòd vel solum  
satis erat, vt illà diligeremus, amorem amori  
reddètes, vt, siquidè filiorū est propriū, ma-

tres



tres suas diligere, præcipuæ tales matres, quæ illos tantopere diligunt. Quare ut ille discipulus, quem diligebat Iesus, statim atque ab eo audiuit verbum illud in cruce: *bece Mater tua, accepit illam in suam*, eamque singulari amore dilexit. Debeo & ego eam accipere in meam, eam diligere, eique seruire singulari cura ac diligentia; summæ felicitatæ meæ tribuendo, quod possim illam habere Matrem.

Joan. 19. 27.

IV.

QUARTA ratio est, propter bona officia quæ mei causâ continuè facit in Cælo: ob quæ meritò obstringor, eam amare, tanquam præmam post Deum benefactricem meam. Nam Primum orat continuè pro nobis, melius quàm c. *Ieremias orabat pro populo, & versata sancta ciuitate*: quia est aduocata nostra & mediatrix apud filium. Deinde, vehementer est sollicita de nostro bono. quare non solum petitiones audit deuotorum suorum, sed antequam illi aliquid petant, ipsa proponit Deo illorum necessitates; sicut fecit in nuptijs in Cana Galileæ, cum ex mera compati- one dixerit Filio: *diuinum non habent*: & ratione, illorum necessitati subuenit, ut loco notauimus, & ut S. August. ait: *sicut in nobis Sanctis est potior, ita pro nobis omnibus Sanctis est sollicitior*. Tertio est valde potentius impetrandum nobis celeriter remedium nostrismalis, sicut dicit S. Anselmus, in- dudum nos citius exaudiri inuocato nomine Virginis, quàm inuocato nomine filij eius.

I. c. Machab. 15. 14.

2.

d. Joan. 2. 3.

P. 3. Medit. 9.

Serm. 4. de Natiuit.

3. Lib. de Excellen.

Vergi c. 6.



Part. 2. Me  
dit. 3.

4.

Serm. de As-  
sump.

non quod Filius non sit incomparabiliter po-  
 tentior, & magis misericors, quam Mater; sed  
 quod is simul sit Iudex noster: interdum au-  
 tem iustitia coerces misericordiam, vt reme-  
 dium, propter nostra peccata, differatur. Vir-  
 go autem Sanctissima, cum non sit iudex, sed  
 advocata, recipit se ad solam misericordiam;  
 & precibus placat Diuinam iustitiam; efficit  
 que, vt citius nobis succurratur. HANC col-  
 ligitur, quod idem Sanctus ait; deuotionem  
 cordis ad Virginem Sanctissimam, signum es-  
 se predestinationis. Quia magna sollicitudine  
 procurat pro suis deuotis (quod in secun-  
 da parte notauimus) omnia media predesti-  
 nationis illorum, donec finem suum assequatur,  
 & ad gloriam secum deducat. Item sup-  
 pediat remedium omnibus nostris periculis  
 & necessitatibus, tanta certitudine & genera-  
 litate, vt S. Bernardus ausus fuerit dicere; ille  
 solus, o Virgo beata tuas laudes fileat, qui te fide-  
 liter inuocatam, senserit vnquam in suis neces-  
 sariis sibi defuisse. atq; si diceret; omnes tu-  
 am misericordiam merito laudare debent, quia  
 quicumque ad te recurrit, remedium refert  
 suis necessitatibus.

HIS omnibus rationib. bene expensis, conari  
 debeo, accedere in anima mea igne deuotio-  
 nis, erga Virginem Sanctiss. supplex orans ipsius  
 filium, vt amorem hunc erga eius matrem mihi  
 communicet; & ipsam matrem, vt eundem mi-  
 hi imperret. O Mater amantissima, cuius ha-  
 bitatio specialis non est in domo Esau, qui





Eccles. 24.  
13.

odio habetur; sed in e domo Iacob, qui est dilectus, radices mittens in electis Dei ad Cælum, ex toto corde desidero, te amare, tibi; tanquam Matri seruire, & virtutes tuas, sicut filius imitari. Recipe me in ista domo Iacob, in qua inhabitas, & mitte radices in cor meum, vt mei voti composiam, occupando me sollicitè in tuo seruitio.

## PUNCTVM II.

**D**EINDE cõsideranda deuotio, quã Spiritus S. inspirauit vniuersali Ecclesie, erga beatissimã Virginẽ, Dominã nostrã; quã aliqua singularia proponit, in quibus eã ostendit, quẽ merito expendã, ad exsequendũ quidquid mihi licebit, vt sic respondeam inspirationi, & Spiritus Sancti desiderio.

I.

**PRIMUM**, eã deuotionẽ ostendit; quia illã adorat & veneratur adoratione quadã maiori, quã quã Deo tribuitur; sed maiori, quã quã cæteris omnibus Sanctis; quã per excellentiã appellatur, **HYPERDYLIA**, cuius causa tribuit illi aliqua cognomina, quã alia sunt propria solius Dei, idq; facit propter insignẽ excellentiã, qua talia cognomina in ipsa inueniuntur. Vnde illã appellat: *Mater misericordie, vita, dulcedo, & spes nostra*: itẽ illã appellat, *felix cali porta*: petitq; ab ea, quod alibi concedere est propriũ Dei, quale est illud: *ne vincle reis, profer lumen cecis, mala nosse pelle; & Iesum fructũ ventris tui nobis ostende*. Quod totum præstat ipsa Virgo Sanctissima impetrando illud suis orationibus à Deo.

In Antiphona  
na Salve  
Regina &  
in hymno.  
Suo maris  
stella.



Domino nostro. hoc itaq; affectu Virginem hanc Sanctissimā honorabo, vtens verbis Ecclesie, eo Spiritu & teneritate, qua illa eisdem vtitur.

DEINDE eandem deuotionē ostendit in eò, quòd eadem diuina inspiratione, multa vbiq; *templa*, eaq; sumptuosissima in honorem virginis *dedicat*, & pijsimas eius imagines *adhibet*: exhortans fideles ad *templa*, & imagines huiusmodi piè visitādas, confirmāte ipso Deo Dño nostro id totū, innumeris miraculis, eius intuitu editis. Et in eūdē finē instituit *Congregationes*, & *sacras Religiones*, eiusdem seruitio & pietati *dedicatas*: quę illas sub suo patrocinio *fulcipit*, exhibens eis fauores extraordinarios, tam in communi, quàm in particulari ijs, qui specialiter eius seruitio sese *mancipant*: idq; facit ipsa sine acceptione personarum. nam quicumq; illi seruit, inuenit gratiam in eius oculis; & ego inueniā, modo serio me offeram ad eius seruitium.

II.

TERTIO ostendit eandē deuotionem frequenti *memoria* & *recursu* ad eam in omni tempore, stauens in eum finem plura eius  *festa* per annum, & ferè singulis mensibus vnum, & in aliquibus etiam duo, aut tria: & singulis septimanis, *dedicat* diem Sabbati in honorem ipsius; proprio ei officio & missa constitutis: & singulis diebus disponit officium proprium eiusdem Virginis, concessis indulgentijs ijs, qui illud legerint: & officio ipsi maiori Ecclesie præmitit salutationē

III.



Angelicam, & imponit finem aliqua An-  
 tiphona eiusdem Virginis; & æris campani so-  
 no, monet nos quotidie, pro varietate regio-  
 nū, alicubi circa vesperum, alicubi ter in die,  
 mane, meridie, & vesperi, vt salutatione An-  
 gelica illam salutemus: ac denique approbat  
 vsū ROSARIJ, & ad illum exhortatur: ad  
 eius honorem constituēs psalterium quoddā,  
 centum & quinquaginta salutationum Ange-  
 licarum, quæ respondent numero centum &  
 quinquaginta psalmorum Davidis, cum quin-  
 decim Dominicis precationibus, quæ inserun-  
 tur singulæ, singulis decadibus salutationum:  
 instar illius qui aliquantulū subsistit in quin-  
 decim gradibus huius diuini templi, & corre-  
 spondent quindecim psalmis Cantici gradu-  
 um, vt, hac veluti musica, reddatur gloria ei,  
 quæ semper ascendit per omnes virtutū gra-  
 dus. Et pro ijs, qui non possunt tantum quoti-  
 die orare, approbat etiam CORONAM sexa-  
 ginta trium salutationum Angelicarum, in  
 memoriā totidem annorum, quos ipsa vixit in  
 mūdo: cōceditq; multas indulgentias legēti-  
 bus talia rosaria; vt sic nec piē prouocet, ad  
 hoc exercitiū; confirmante quoque ipso Deo  
 Domino nostro hanc piam deuotionem in fi-  
 gnibus miraculis, ob amorem, quo matrem  
 suam ipse prosequitur, & quem vult, vt nos  
 omnes erga eandem habeamus. O dulcissime  
 Iesu, siquidem adeo desideras, vt Sāctissimam  
 tuam matrem veneremur, inspira mihi effi-  
 caciter hanc deuotionem, meque adiuua ad  
 exer



exercenda seruentur ea opera, quæ sponsa tu  
Ecclesia in eum finem statuit, & exercet.

**VARIIS MODIS ORANDI**  
Rosarium B. Virginis, cum Spiritu  
& deuotione, coniuncta ei-  
dem mentis orati-  
one.

**U**TER deuotiones erga Virgi-  
nem Sanctissimam, celeberrima  
est, quam insinuauimus de Ro-  
S A R I O. Et quoniã vocalis ora-  
tio plurimum perficitur, si men-  
talis ei coniungatur: deuoti ipsius virginis va-  
rios inuenerunt modos, vtranq; cõiungendi,  
quando illud recitant, quorum tres vtilliores  
hic subiungam, vt eligat quisq; eum, quo sen-  
tit, suam orationem magis iuuari: aut nunc  
vnum, nunc alium adhibendo, vt hac Sancta  
mutatione, tedium remoueat.

**P**RIVS QVAM Rosarium inchoetur, faci-  
endum est, quod §. 5. Introdu. huius operis  
diximus; eleuando videlicet cor ad Deum do-  
minum nostrum, qui præsens est, & exhiben-  
do profundissimam reuerentiam, orabo sup-  
plex, vt me gratia sua adiuet, ad hoc rosa-  
rium ita orandum, vt illi hæc oratio placeat;  
offeramque omnia verba, cogitationes, af-  
fectus, & desideria, quæ habuero: omnia illa  
dirigendo ad ipsius & Sanctissimæ eius Ma-  
tris gloriam & honorem, & in gratiarũ acti-  
onem pro collatis in me beneficijs, & in



satisfactionem pro meis peccatis, & negligentijs in eius obsequio admisis, & ad im-  
 petrandas virtutes, quæ mihi defunt, & reliquas,  
 quibus indigeo, vt illi perfecte seruiam.  
 Quod si ROSARIUM ob alias communes  
 Ecclesiæ necessitates, aut privati alicuius, si-  
 ue viuentis, siue vita functi, offeratur; debet  
 hic talis oblatio fieri. **ADVERTENDUM**  
 est tamen, quòd ex quatuor finibus, ad quos  
 possum dirigere meam orationem, gloriam  
 scilicet & laudem Dei, quia is talis est, actio-  
 nem gratiarum, propter ipsius beneficia; satis-  
 factionem pro meis peccatis, & impetratio-  
 nem donorum & virtutum; si ROSARIUM  
 offeram pro alio, etiamsi transferam in al-  
 lum satisfactionem, quæ mihi alias conuenie-  
 bat, posse tamen me idem rosarium, absque  
 illius iniuria, offerre pro meipso, quoad tres  
 alios fines.

**HAC** oblatione orationis præmissa, di-  
 cam decies *Aue Maria* & semel *Pater noster*,  
 & quidè paulatim, & cum debita attentione,  
 ita vt non sim contentus ad verba tantum in  
 cortice attendere, ne in illis proferendis er-  
 rem; sed etiam ad illorum sensum, & perso-  
 nam, ad quam diriguntur, qui est Dominus  
 Deus noster, aut Virgo Sanctissima, quæ, et  
 in Cælo sit, videt me tamen, audit & intelli-  
 git orationem meam; licetq; cum illa ita lo-  
 qui, atq; si in terra & propè me existeret. **A-**  
**soluta** hac decade, breuem aliquam medita-  
 tionem subiungam, aliquo ex subscriptis modis.



PRIMVS MODVS OANDI ROSARIUM, adhibita Meditatione ad ipsa verba  
 AVE MARIA.

**P**RIMVS itaq; modus ROSARIUM siue CORONAM orandi, est iuxta modum illum orandi per verba, quem posuimus. §. 9. Introd. huius operis, distributa scilicet salutatione ipsa Angelica, in sex aut septem præcipua verba, & ad singulas decades accipiendo vnum ex illis, pro argumento meditationis, vt factum fuit in secunda parte. Exempli causa, post primam decadē accipiat hunc verbum: AVE MARIA, & tunc perpendatur excellentiæ, & proprietates, quæ in dulcissimo illo nomine MARIA cōtinētur. Percursa secūda decade, accipiat hunc verbum: GRATIA PLENA, & perpendatur immētas gratiarū, & virtutū, quibus Virgo hæc Sāctissima est plena. In tertia decade, erit materia meditationis tertium illud verbum: DOMINVS TECVM. In quarta verbū illud BENEDICTA TV IN MULIERIBVS. In quinta: BENEDICTVS FRUCTVS VENTRIS TVI IESVS, vbi sunt perpendendæ excellentiæ dulcissimi nominis IESV, & benedictiones Cælestes, quæ per eum nobis cōmunicantur. In sexta decade meditationis argumentū erunt illa verba: Sācta Maria Mater Dei, vbi sunt perpendendæ excellētiæ, quæ latent in electione Virginis Sāctissimæ ad altissimam hanc matris Dei dignitatem, & priuilegia, quæ propterea sunt illi concessa.

*Medit. 4.*

*Medit. 6.*

*Medit. 21.*

*Medit. 3.*



*np. 3. Me-  
pit. 9.*

Denique adiungi potest pro materia vltimæ decadis verbum vltimum **ORA PRO NOBIS NUNC ET IN HORA MORTIS NOSTRÆ**, & perpendenda est vis, & efficacitas orationis ipsius virginis, & necessitas, quæ egeo, vt illa pro me oret, præcipuè in hora mortis meæ, cogitans, quo affectu hoc verbū dicā, cū in ea hora cōstitutus ero, & eundē nūc, illud proferēdo, in me excitare studebo.

**CUM** hac breui meditatione coniungendū sunt varij affectus, alij ad Deū Dominum nostrum, alij ad virginem Sanctissimam, admirādo illi<sup>o</sup> excellētias, ac virtutes; gaudēdo, quod illis sit ornata; Deum verò glorificādo & laudando, quod illam sic ornauerit; & excitādo in me desideria illas imitādi, ac semper illi de omnibus cōgratuiādo illo verbo: **AUE**, quod ad singula alia verba est repetendum, dicēdo magno affectu; **Aue**, Maria Sanctissima, **Aue**, quæ es plena gratia, plena charitate, plena humilitate; **Aue**, quæ habes Dominum tecum, **Aue**, quæ es Mater Dei, & ipsum vt filium habes &c. **VLTIMO** concludā, petendo virtutes, quas in ipsa virgine sanctissima esse cōsideraui; aut alia dona, quæ mihi deesse animaduerto, dirigēdo eas petitiōes, nūc ad Christū Dominū nostrum, ob merita Matris, nūc ad ipsam Matrem Sanctissimā, vt ea mihi à suo filio impetret; ac deniq; ad reliquas personas Sāctissimæ Trinitatis, adhibitis titulis & colloquijs quorū fecimus mentionē in §. 1. Introduct. huius operis.

EAD. M.



EAD E M ratione licebit interdum vti  
P R E C A T I O N E D O M I N I C A, pro materia  
meditationis, in singulis decadibus, propo-  
nēdo singulas eius petitiones, de quib. actum  
est in 3 p Medit. 14. Et interdum etiam licebit  
pro eadem materia meditationis accipere de-  
cem versus cantici M A G N I F I C A T, acci-  
piendo vnum vel duos versus in singulis de-  
cadibus, cum varijs affectibus, qui positi sunt  
medit. 12. partis secundæ.

**SECUNDVS MODVS RE-  
citandi Rosarium adhibita  
meditatione. 15. Myste-  
riorum.**

**S** E C V N D V S modus orandi  
Rosarium, isque vsu receptissi-  
mus est, accipiendo, pro materia  
meditationis, quindecim præ-  
cipua mysteria Christi Domini  
nostri, & sanctissimæ eius Matris, in singulis  
decadibus singula pro argumento meditati-  
onis subijciendo; quæ in tres ordines distri-  
buentur.

PRIMVS ordo est mysteriorum, quæ,  
quod Beatissimæ Virgini singulare gaudium  
attulerint, G A V D I O S A appellantur, & sunt:  
A N N U N C I A T I O Angeli; V I S I T A T I O,  
qua Virgo Sanctissima visitauit Sanctam Eli-  
sabeth; N A T I V I T A S ipsius Christi Domi-  
ni eiusdem in templum P R A E S E N T A T I O

III.  
ultimæ  
p No-  
s No-  
fficaci-  
ras, qua  
n hora  
c verbu  
eundē  
udebo.  
ngendi  
um no-  
dmirā  
o, quod  
& lau-  
ciando  
r illi de  
E, quod  
dicēdo  
a, Au-  
, plen-  
tecum.  
filium  
do vir-  
esse cō-  
sse aq-  
ad Chri-  
s, nunc  
hiā suo  
ersonas  
& col-  
1, Jo-



& eiusdem **INVENTIO** in templo inter doctores: de quibus omnibus mysterijs posita sunt meditationes in 2. p. huius operis. Quoniam singula mysteria plura puncta complectuntur; volenti eandem partem semper meditari, fastidium aliquod generetur: ad rem erit accipere vna die vnum punctum, & altera alterum, & sic deinceps donec omnia puncta, quæ ibi sunt assignata, parcitantur.

**SECUNDVS** ordo est mysteriorum, quæ quod ipsi Christo domino & beatissimæ eius matri, siue præsens fuerit cum illa gereretur, siue illa tantum audiuerit, insignem dolorem attulerunt, **DOLOROSA** nuncupantur: **Hæc** sunt **ORATIO** Christi **IN HORTO**, cuius tristitia & sudore sanguineo; **FLAGELLATIO**, ad columnam; **CORONATIO** spinarum; **BAIVLATIO** crucis; & ipsa **CRUCIFIXIO**. De quibus sunt posita meditationes in 4. parte.

**TERTIVS** ordo est mysteriorum, quæ quod complectantur gloriam Christi Domini post Passionem, & beatissimæ eius Matris **GLORIOSA** dicuntur: Sunt autem hæc, ipsius Christi Domini **RESURRECTIO**; **ASCENSIO** & Sessio ad dexteram Patris; **AUENTUS SPIRITVS SANCTI**; **ASSUMPTIO** ipsius Virginis; & gloriosa eius in **Cælo** **CORONATIO**. De quibus possit & sunt meditationes in hac 5. parte.

**HIS** præmissis, in singulis decadibus



sunt præstanda. **PRIMUM** est, reuocare in  
 memoriam mysterium, aut eius aliquam par-  
 tem, meditando & perpendendo breuiter ex-  
 cellentias ipsius Christi Domini & Sanctis-  
 simæ eius Matris; & quid ibi faciant, aut pa-  
 tiantur; & gaudium, dolorem, aut glori-  
 am, quam in eo habent; heroicas item vir-  
 tutes, quas exercent; & grandia illa bona,  
 quæ inde ad omnes homines deriuantur, &  
 nominatim ad meipsum. Considerando e-  
 tiam particulares causas, quas ego habeo,  
 gaudendi, dolendi, aut exultandi ob ea,  
 quæ in his mysterijs proponuntur. Et in hu-  
 iusmodi meditatione licebit plùs aut mi-  
 nus hære, iuxta deuotionem, quam sen-  
 sero, aut tempus, quod ad immorandum  
 mihi suppetet: studendo semper ad secun-  
 dam partem transire, quæ potior est in medi-  
 tatione.

II.

DEINDE ergo, excitanda voluntas est  
 ad exercendos affectus gaudij, doloris, aut  
 exultationis; ad quos mysterium, quod me-  
 ditamur, nos prouocat; colloquia institu-  
 endo beneuola, iam cum Christo domino,  
 iam cum eius Matre, aut cum Trinitate San-  
 ctissima.

Si mysterium est **GAVDIOSVM**, ex-  
 empli causa **INCARNATIONIS**, hos  
 affectus licebit cum mora, & interno sensu  
 exercere.

Gratias tibi Pater æterne quòd volueris fi-  
 lium



ium tuum fieri pro nobis hominem; Gaudeo de infinita tua bonitate, charitate, & misericordia, quā in hoc opere nobis manifestasti. Utinam vniuersus mundus te propterea laudaret, tibi que daret gloriam! O verbum Dei, uiuum, gratias tibi, quod Virginem sanctissimam in matrem tuam elegeris, & in eius uero infans fieri! O Virgo Sanctissima, gaudeo quod sis electa in matrem ipsius Dei; ac de ingenti illo gaudio, quo fuisti affecta, cum talia noua ex ore Archangeli gloriosi audisti; gaudeo etiam de illa prudentia; castitate, humilitate, & perfectissima resignatione, quam in ea legatione suscipienda manifestasti! O si partem aliquam tuorum gaudiorum obtinere possem, tuasque virtutes imitari impetra mihi benignissima Mater, quod desidero, ut cum illud obtinero, feruenter tibi seruiam. Amen.

II  
 QVOD SI mysterium ex ijs fuerit, quod dolorem attulerunt, exercendi tunc erunt affectus doloris, proportionaliter ad ea, quod diximus; nam ad mysterium horti licebit descendere: Gratias tibi, Pater æterne, quod uolueris in eas tristitias & anxietates unigenitum tuum venire, in remedium mearum culpārum! O Saluator mi, doleo quod te adeo tristem uideam & afflictum, sanguinemque pro meis peccatis sudantem; ut eo me ab eis purgares! O peccata mea, quæ ipsummet Deum meum adeo affligitis! O utinam nunquam peccassetem; utinam tantis tormentis causam non daretem.

*in uoluntate*



quam dedissem: Doleo, Deus meus, vehementer, quod te offenderim; & optarem dolorem hunc meum similem esse tuo; & copiosas lacrymas pro meis culpis fundere, pro quibus tu sudisti sanguinem. O Virgo sanctissima, quàm fuit gravis tuus dolor, quando cognovisti illum quo Filius tuus in hoc horto fuit affectus! O quem sensum de nostris culpis habuisti; cum cogitares de eo, quem tuus Filius, propter easdem habuit. Ora ergo illum, ut eorum dolorum me faciat participem, siquidem iustum est, ut is cuius est culpa, luat eius penam.

In hunc modum fieri possunt colloquia, & formari affectus in reliquis mysterijs, addendo tamen eis hoc tertium, quod est proponere Christo Domino nostro, Matrique eius sanctissimæ, necessitates & miserias, quibus premor; ac petere earum remedium; adferendo pro causa & titulo exauditionis, gaudium siue dolorem, quo in eo mysterio fuerunt affecti; & firma ac efficacia proposita concipiendo, imitandi aliquam ex virtutibus sanctissimæ ipsius Virginis, ut mox dicemus.

QVOD SI aliquis ob temporis angustias, aut alias ob causas, non poterit hærere meditando circa illud mysterium; sufficiet, post singulas decades, mysteriorum singulorum meminisse, & breve colloquium, ac petitionem ad ipsam Virginem instituere, dicendo; gaudeo Virgo suprema, de illo gaudio, quo fuisti in hoc mysterio affecta: cuius intuitu

oro

III.



oro supplex, vt peccatorum meorum veniam mihi impetres, & gratiam imitandi tuas virtutes. Idemque factitandum est, proportionem seruata, in doloris & glorię mysterijs. Sic: doleo Virgo suprema de hoc dolore, quem hinc fuisti perpeffa; aut exulto, de gloria illa & lætitia, qua in hoc myterio fuisti affecta, cuius intuitu oro supplex &c.

**PRACTA** hac breui oratione mentis circa vnam mysterium, vt dictum est, pergendam est in vocali, orando aliam decadem. Quod si ad præcedentem motionem, aut sensum, cor meum traheretur, licebit id illi permittere: nam huiusmodi affectus non auersantur intentioni, quod in vocali oratione requiritur, potius eam mirum in modum perficiunt.

**ABSOLUTA** autem totius rosarij recitatione, breuiter examinandum est, quæ ratione eam peregerim; & dolendum de distractione, & ariditate, & reliquis defectibus, qui accidissent: agendæ verò gratias Deo pro quolibet pio sensu, quem mihi communicauerit: ac denique statuendum maiori feruore ac deuotione illud sequenti die recitare.

**HOC** denique adiungimus: quamuis mysteria rosarij, ad quindecim reducamus, licere tamen interdum loco eorum, quæ sunt indicata, accipere alia similia, quæ aliquam affinitatem aut connexionem cum prædictis habent. Nam mysterijs, quæ



VIII.  
veniam  
uas vir-  
ortione  
Sic; do  
uem hic  
a illa &  
cta, cu-  
mentis  
st, per-  
n decem  
rem, au-  
bit id illi  
s non ad-  
oratione  
dum per-  
ofarij re-  
est, qu-  
ndum d-  
uis def-  
rò grati-  
em mi-  
uendone  
seque-  
quam  
ducamus  
um, qu-  
a, quæ  
nem cu-  
ijs, qu-

**MODI ORANDI ROSAR. B. V. 447**

sunt gaudij, licebit interdum adiungere  
**CONCEPTIONEM** ipsius Virginis, eius  
**NATIVITATEM**, & **PRAESENTATIO-**  
**NEM** in templo; **CIRCUMCISIONEM** eti-  
am infantis Iesu; **ADORATIONEM** Mago-  
rum; **FUGAM** in Aegyptum; & inde **REDI-**  
**TVM**.

Ijs verò, quæ dolorem adferre sunt  
notata, adungi quoque possunt **COMPRE-**  
**HENSIO** ipsius Christi; **ALAPA**, qua fuit  
percussus in domo Annæ; **DOLORES**, quos  
illa nocte passionis in domo Caiphæ sustinu-  
it; **CONTEMPTVS** apud Herodem; & quod  
à tota plebe fuerit **BARRABÆ POSTPOSITVS**.  
Interdum quoque pro argumento meditati-  
onis in recitando **ROSARIO** accipi pos-  
sunt septem verba, quæ Christus Dominus  
dixit in cruce, singula verba ad singulas de-  
cades adhibendo; & perpendendo Virgi-  
nis sensa, quæ, dum illa audiret,  
habuerit, ut apparet in quarta  
parte, Meditatio-  
ne 45.





TERTIUS MODVS ORAN-  
di Rosarium cum Meditatio-  
ne virtutum B. Vir-  
ginis.

**P**RINCIPVVM, in quo deuotionem nostram erga Virgiam sanctissimam ostendere debemus, est imitatio heroicarū eius virtutum. ad quam imitationem, multum conferet virtutes ipsas accipere pro argumento meditationis; inter recitandum rosarium, singulis decadibus virtutes singulas attribuendo, vni videlicet humilitatem, alteri Puritatem, tertiæ Obedientiam, aut Patientiam, aut charitatem, & sic de reliquis oculis interim & intēctione in tria coniectis. *Primum* in heroicis actus, quos ipsa Virgo circa eam virtutem exercuit; eo modo, quem de eius humilitate, medit. 37. retulimus; admirando eius sanctitatem, & gaudento de illa; Deum glorificando, quod eandem illi dederit; ac denique exultando, ob reddidit ei, pro tali virtute præmium. *Deinde* concipiam oculos in eius virtutis defectum, quem in me deprehendo; & in culpas ac defectus eidem contrarios, in quos incido, magnum pudorem & humiliationē, ex eis concipiens, ac dolens; oransque virginem Sanctissimam, vt præteritorum veniam, & in futurum commendationis gratiam mihi impetret. Demum



quam potero lerio, aliqua proposita concipi-  
am, sanctissimam Virginem imitandi, in illis  
virtutum actibus, aliqua interim singulari  
virtute ad id designata, cuius actus exerceam;  
magna spe, quod auxilio & intercessione pijs-  
simæ huius Matris, eos possim exequi.

AD hanc formam meditationis, conferet  
nosse speciales huius Virginis virtutes, quæ  
in præcedentibus meditationibus sunt infi-  
nuatæ; & in meditationibus, de eius præsen-  
tatione, & purificatione, vbi posuimus sex  
virtutes instar sex foliorum alborum Lilij,  
cum sex aureis virgulis, affectuum inter-  
norum, qui in ea resplenduerunt. quos affe-  
ctus licet meditari, cum eius Corona reci-  
tatur.

2 P. Medit.  
6.29.

## MEDITATIO XXXIX.

DE VITIS SANCTORVM,  
& felici eorum morte, ac  
præmio.

 **Q**UONIAM in decursu quinta hu-  
ius partis, & tertia aliquot medi-  
tationes sunt posite, quæ possunt  
esse vsui in festis Apostolorum, Mar-  
tyrum, Doctorum, Virginum, & a-  
liorum sanctorum, vnam hic omnibus commu-  
nem subiiciam, quæ facile poterit singulis in par-  
ticulari adoptari, vt de singulis eadem medite-  
mur, quæ dicemus de omnibus.

V. Part. Medit. Ff

PVN-



## PUNCTVM I.

Electio San-  
ctorum.a Rom. 8.  
29.

CONSIDERANDA primo est immensa Dei liberalitas, erga suos electos, quibus innumera dona gratiasque communicat, ut sanctos eos faciat: quorum indicem tenuit Apostolus dicens: a quos præscruit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit illos & glorificavit.

b Ephes. 1. 4.

c Rom. 9. 23

PRIMUM Deus Dominus noster sola sua bonitate, & ob Iesu Christi filij eius merita, eos prædestinavit, & b *elegit in ipso, ante mundi constitutionem, ut essent Sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate eos signans, ut essent vasa misericordiae, in quibus ostenderet, & deponeret diuitias gratiae ac gloriae suae. Ut excelsam hanc Electionem exequeretur, Deus suo tempore illos creavit, innumeris alijs in abisso nihili relictis; & postmodum, ad fidem & religionem Christianam, efficaciter vocavit, faciens illos Ecclesiae suae membra, per Baptismum; permittens alios innumeros perire, in diluuiio infidelitatis; sicut factum fuit in diebus Noë, cū fabricaretur arca, in qua parua est octo anima salua facta sunt per aquam. Et si quando illi postea peccauerunt, vocavit iterum efficaciter, ut agerent penitentiam, permittens alios in culpa sua perire.*

d 1. Petri 3.  
20.

DENIQUE, præseruavit eos à grauioribus peccatis, eripuit ex magnis periculis, adfirmavit illis in grauioribus tentationibus, præuenit



ens eos multis inspirationibus, & benedictionibus dulcedinis; ut heroicas virtutes exercerent: exaltauit eos multis donis & gratijs, ut magni essent in eius presentia. Præterea specialem erga illos habuit prouidentiam, ut vocaret ad eum vitæ statum, & munus ipsis aptissimum, ut essent Sancti siue in statu Sacerdotali, siue religioso, siue in dignitate aliqua; sufficientia dans cuilibet auxilia, ut suis obligationibus posset plenè satis facere. Et tandem etiam de genere mortis eorum statuit, ut illis esset securus transitus ad gloriam. est enim ( teste Propheta ) e *Psal. 115.*  
*sa in conspectu Domini mors Sanctorum eius: in qua finitur felicitas eorum Electionis decursus; ut sint conformes Christo Domino nostro in gloria, sicut fuerunt in vita.*

OMNES hæc considerationes, variorum affectuum motiua esse debent; quorundam erga Christum Dominum nostrum, ut illum laudem, ob collata in Sanctos beneficia; aliorum erga ipsos Sanctos, ut gaudeam de bonis à Deo ipsis communicatis; aliorum in ordine ad me ipsum, ut agnoscam beneficia, quæ mihi etiam contulit; gratiasque agens, pro voluntate & desiderio, quo tenetur, faciendi me Sanctum & mundum in oculis suis: & supplex eum orabo, ut mihi adsit, ne meis partibus ego desim. O Sancte Sanctorum, qui populo tuo dixisti: *f Sancti estote, quia ego Sanctus sum; Da mihi quod iubes, ut obtineam quod mihi conce-*

*f Leuit. 11.*

*44.*

*1. Petri. 1. 16*



dere desideras: &, siquidem sanctitas est tua, praeueni me copiosa tua gratia, ut perueniam ad altissimos sanctitatis gradus. Amen.

*De his quinque beneficijs hic commemoratis, fusior erit sermo in 6. p. quae proxime sequetur.*

## PUNCTVM. II.

**D**EINDE considerandum, quam bene Sancti responderint suae vocacioni; & quam sollicitè his acceptis beneficijs in via suae decursu vsi fuerint: & perpendam eminentiores virtutes, quas illi exercuerunt, ut ad tantam sanctitatem peruenirent. Possunt autem illae ad tres ordines breuiter referri, qui deducuntur ex illa Christi domini nostri sententia *a si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me.*

*a Matt. 16.*

*24 3. par.*

*Medit. 7.*

**I.**  
*Mortificatio  
Sanctorum.*

**PRIMUM** ergo excelluerunt Sancti in **ABNEGATIONE & MORTIFICATIONE** sui ipsorum, concipientes Sanctum quoddam odium sui, carnis suae, & amoris proprii. Qui magni fuerunt peccatores, magnas quoque fecerunt poenitentias; flentes magnam contritionem suam peccata; eademque ad eam humilitatem confitentes, ut aliqui ea reliquerint scriptas in cartis & libris, ad perpetuam suam humiliationem. Qui vero in graues culpas lapsi non sunt, quod se ab illis praeseruarent, affligebant quoque carnem suam magnis asperitatibus, ut illam spiritui subiectam tenerent grauius castigando quamcunque leuem culpam.



pam, atque si magna esset; hac ratione ostendentes, stare se à partibus Christi, *b carnem* *b Galat. 5.*  
*suam crucifigentes cum vitijs & concupiscentijs,* *24.*  
*& seruire c spiritus facta carnis mortificantes.* *c Rom. 8.*  
 Et vt Christus Dominus noster quatuor vul- *13.*  
 nera accepit in pedibus & manibus, ex quibus quidem fuit mortuus; sed quintum accepit in latere, vt mortem suam confirmaret; ita Sancti crucifixerunt inordinatas sensuum voluptates, effrænes appetitionum concupiscentias, & obliquas propriæ voluntatis volitiones, & stultas suæ imaginationis & proprii iudicij cogitationes. Quibus quatuor mortificationibus, peccato sunt mortui: Sed his non contenti, desiderantes securiorem reddere felicem suam mortem, vltius progressi, etiam naturalem amorem ad res multas licitas mortificauerunt, vt remotiores essent ab illicitis. Renunciarunt enim parentibus, amicis, fortunis, honori, & delicijs, quæ licite retinere poterant; abstinerunt à multis actionibus, quas sine culpa efficere potuissent: quò, mundo & amori proprio mortui, perfectius Christo viuerent. quia generalis ad violentiam, quam sibi ipsis intulerunt, *d Matt. 11.*  
*12.*  
*rapuerunt regnum Cælorum.* O Sancti generosi, qui continua vestra mortificatione *c Colos. 3. 9.*  
*ex-*  
*posuistis vos veterem hominem cum actibus suis, vt*  
*nouum indueretis cum operibus suis, orate ducem*  
*vestrum, Iesum Dominum nostrum, vt*  
*gratiã suã me adiuuet ad vincendam naturam*  
*meam, aspirantem, & conantem intrare per*



angustam portam mortificationis carnis meae,  
vt perfectam adipiscar spiritus mei renoua-  
tionem.

II.

DEINDA, excelluerunt Sancti in tollendo  
quotidie cruce Christi Domini nostri magna  
animi fortitudine, patientia, & perseverantia  
FORTITVDINEM ostenderunt in multis  
pugnis, quas habuerunt interius & exterius, a  
Demone, & eius ministris, ab inimicis &  
amicis sub specie pietatis; quæ eò tendebant, vt  
illis auferrent Fidem, aut castitatem, aut hu-  
militatem, aut paupertatem Evangelicam  
aut vocationem ad religionem: in quibus om-  
nibus viriliter ipsi pugnarunt, multa tole-  
rantes; vt victoriæ compotes euaderent.

Par. 3. Med.  
24.

PATIENTIAM inuictam ostenderunt  
in occurrentibus laboribus, & calamitati-  
bus, in morbis, doloribus, paupertate, infami-  
falsis testimonijs, & multis similibus afflic-  
tionibus, quas, etsi, vt homines, sentirent, diu-  
nâ tamen gratia adiuti, eò peruenierunt vt in  
eisdem gauderent, & gloriarentur, quod  
Christi Domini nostri crucem, & preciosam  
eius mortificationem, in suo corpore porta-  
rent. Omnes passi sunt aliquod genus marty-  
rij in corpore, aut in spiritu, pro tuenda  
aliqua virtute: qui in tali aliqua cruce mor-  
tuentes, in gloriam ingressi sunt. Omnes frater-  
quam lapides viui dedolati fuerunt, tribulati-  
onum iectibus, & ita fuerunt in Cælesti xpo  
cilio collocati. Omnes g<sup>o</sup> tanquam aurum in fu-  
nace tribulationum probati fuerunt, & tan-  
quam

1. Petr. 2. 5.

g Sapien. 3. 0



quam aurum in conflatorio approbati, h<sup>u</sup> pati-  
*entia enim opus suum perfectum habuit* in illis:  
*quia perfectos eos & integros fecit in nullo defi-*  
 cientes, quod pertineret ad fidelitatem Deo  
 debitam. Gratias vobis fortissimi milites, ob-  
 servatam fidelitatem in vestris tribulationi-  
 bus, pro honore Dei vestri. Gaudeo de in-  
 victa vestra patientia, qua obtinuistis coro-  
 nam. Aduvate me vestris orationibus, ut e-  
 xempla vestra sequens, partem habeam in  
 vestris victorijs. Amen.

h<sup>u</sup> iacob. 1. 4.

III.

TERTIO excelluerunt Sancti in sequen-  
 do Christum Dominum nostrum ita perfecte  
 ut i vita Iesu manifestaretur in eorum carne  
 mortali: eò quòd à planta pedis vsque ad ver-  
 ticem capitis k induiti essent Dominum Iesum  
 Christum. Et propter perfectam eam imitationem  
 potuerunt vocari alter Christus, in humilitate,  
 castitate, & cæteris virtutibus, ut alibi est di-  
 ctum. Hanc imitationem Sancti obtinuerunt  
 oratione, & obedientia; quia feruentes in o-  
 rando fuerunt; accedentes frequenter in re-  
 bus suis ad Deum, cum magna confidentia, in  
 providentia Divina. celeres quoque fuerunt  
 in obediendo vòluntati Divinæ, eius præce-  
 ptis, consilijs, ac divinis inspirationibus:  
 summum gaudium reputantes, si pro-  
 priam voluntatem abnegarent, ut Divinam  
 sequerentur; vnoquoque excellente in re  
 aliqua particulari. cuius causam, applicat  
 illi Ecclesia illud Ecclesiasticum: non est inuen-  
 tus similis illi, qui ita conseruaret legem Excelsi. O

i 2. Corint  
 4. 11.  
 k Rom. 13.  
 14.  
 introduct. 2.  
 par.

1 Eccl. 44.  
 20.

Deus



Deus altissime, qui bonitatis tuæ sublimitatē ostendis in virtutibus, quas tuis Sanctis dedisti, vt conformes essent imaginis Filij cuius ostende & mecum illam, faciens me similem illis, vt imiter, quem illi sunt imitati; & vita Iesu manifestetur in mea, sicut fuit manifesta in illis. Amen.

Ex his considerationibus deducam affectus pudoris, aspiciens, quā parum ego faciam, & quā malè respondeā vocationi meæ & beneficijs à Deo acceptis; siquidem (vt ait Dominus per Ezechielem, & interpretatur Gregorius) aspicere debemus, in templis sua Sanctorum, & confundi ab iniquitatibus nostris, & metiri ac meditari fabricam admirabilem vitarum ipsorum, vt erubescamus omnibus quæ nos fecimus; & ad illorum exemplar, nostra reformemus: sperantes in Diuina liberalitate, ad id auxilium, sicut illi dedit. & siquidem illi, homines alioquin que imbecilles, atque ego, tantum poterunt præstare in virtute DEI, tantumdem & ego potero, siquidem *non est abbreviata manus Domini, ad me iuuandum.*

*in Ezechi.*

*43.10.24.*

*Moral. c. 6.*

*in Isaia 59.1.*

PVNCTVM. III.

**T**ERTIO considerandum, quā liberalis Dominus noster in reddendis præmijs, & honoribus Sanctis suis, in hac vita, & in alia, idque varijs modis.

**I.**

**N**AM primo, ante mortem affecit aliquos illorum, raris & insignibus spiritualibus



consolationibus, cōcedens illis gratiam contemplationis, & raptus atque reuelationes dulcissimas, spiritum prophetiæ, & donum faciendi miracula, & similes alias gratias gratis datas. Ita vt ipsis honorem demissè refugientibus, Deus illos liberalissimè honoraret; faciens per eos adè stupenda opera, vt omnibus essent venerationi; & heroica eorū virtus ita esset admirationi, vt aspicientes cogeret ad sui reuerentiam, adimplendo in hoc ipso Domino, quod alias dixerat: *a qui glorificauerit me, glorificabo eum.* *a 1. Reg. 2. 30*

## II.

ETIAM ipsam mortem affecit præmio, concedens aliquibus, vt tanquam Martyres morerentur, propter confessionem gloriosam fidei ipsi, aliis talè, aliis aliam mortis rationè vt quamuis carni esset grauis, spiritui tamen esset iucunda; offerens illis aliquid delibandū eorum, quæ breui essent in gloria recepturi; mittens aliàs Angelos, qui ipsorum morti interessent: imò interdum ipsemet Domino ad illos tunc accedente, & implente quod illis promiserat, cum dixit *b iterum veniam ad vos. b Ioa. 14. 29* & *accipiam vos ad me ipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis.*

POST mortem præterea, in Ecclesia sua Militante illos honorat; statuens, eorum sanctitatem omnibus esse manifestam, & ab omnibus suspici, ac laudari; templa ad ipsorum honorem extrui, pingi imagines, & festa celebrari; eorum ossa cineres, vestes etiam laceras, quibus in vita



vñ fuerunt, honori & venerationi esse; ipsas  
 quoque catenas compedes, quibus fuerant  
 vincti, literas, aut earum subscriptiones, eorū  
 manu scriptas, magna edere miracula: quæ  
 omnia in sanctorū ipsorum honorem cedunt:  
 castigatis etiam seuerè iis, qui indignitatem  
 aliquam contra eos, & res eorum fecerint. Et  
 qui omninò fuissent obliuione sepulti in mū-  
 do, nisi sanctitate excelluissent, verbi gratia,  
 S. Franciscus; nunc sunt in ore omnium, vt et-  
 iam Principes & Monarchæ honori sibi du-  
 cant, & se felices reputent, quod illorum no-  
 mine appellentur, eorum reliquijs se muniāt:  
 qua ratione illud impletur, quod ipse Deus  
 Ecclesiæ suæ promiserat, cum dixit: *c pro eo  
 quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat  
 qui per te transiret: ponam te in superbiam seculorum.* Aded, inquit gloriosam te faciam, vt o-  
 mnis mundi excellentia honorem suum re-  
 putet, ad pedes tuos se prosternere.

*c Isai. 60. 15.*

## IV.

QUARTO honorabit illos in die Iudicii, ho-  
 nore excellentissimo, collocans eos ad ma-  
 num suam dextram, in maiestate magna, in  
 conspectu totius orbis, ita implens, quod pro-  
 miserat illis verbis: *d qui me confessus fuerit  
 coram hominibus, confitebor & ego eum coram  
 Patre meo, & Angelis eius.*

*d Matt. 20.*

32.

*Marc 8. 38.*

*Luc 9. 26.*

## V.

DENIQUE in coelo tantis præmiis & hono-  
 ribus illos afficiet, vt solus Deus & ipsi, eorum  
 magnitudinem exprimere possint. *e Sedebunt  
 enim iuxta thronum ipsius Dei in propriis thronis,  
 splendentes, circumamicti vestimentis albis*

*c Apoc. 4. 4*

admi



admirabilium virtutum, & *in capitibus eorum*  
 erunt *coronae aureae* tanquam Regum, f. & *pal-*  
*mae in manibus eorum*, tanquam victorum. Imò  
 ipse *Deus* (vt ait *Isaias*) *erit eorum corona glo-*  
*riae, & sertum exultationis*: eam sibi tanquam  
 spartam accipiens, vt suos electos honoret,  
 exhilaret, laetosque esse iubeat. Singulas eo-  
 rum virtutes, singulari afficiet praemio; &  
 quidem *h mensura ad eam bona & conferta*, vt  
 etiam *superfluat*, praemagnitudine volupta-  
 tis. FIDES afficietur praemio clarae visionis ip-  
 sius diuinitatis: SPES praemium habebit in æ-  
 ternam possessionem bonorum omnium, quae  
 fuerunt in votis Sanctorum. CHARITAS acci-  
 piet praemium, beatificum amorem, qui eos  
 coniunget Deo. HUMILITAS & PATIENTIA,  
 & reliquae virtutes, *inebriabuntur ab vberta-*  
*te domus illius, & torrente voluptatis Dei po-*  
*tabuntur*, & experientur omnia illa praemia,  
 quae promittuntur, propter octo beatitudines;  
 vt suo loco dicemus. Quid facis, anima mea?  
 quomodo non suspiras, & contendis conse-  
 qui sanctitatem, cuius finis est praemium ad eam  
 excelsum? si honores & excellencias quaeris:  
*k nimis (inquit David) honorificati sunt*  
*amici tui DEVS, nimis confortatus est prin-*  
*cipatus eorum*. Nullus itaque honor maior,  
 aut principatus sublimior, quam sanctorum  
 & amicorum Dei, quod si honore afficiendus  
 est, *l quem Rex caelestis honorare desiderat*: cur  
 non sequeris virtutem, quae tanto honore &  
 praemio digna est, & porro à Deo afficitur. O

f. *Apo c. 7. 9.*  
g. *Isai. 28. 5.*

h. *Luc. 6. 38.*

i. *Psal. 35. 9.*

P. 6. *Med 52*

k. *Psal. 138. 17.*

l. *Ester. 6. 6.*



in Ps. 67. 36

Deus infinite, qui es *mirabilis in Sāctis tuis*,  
 gratias tibi, ob stupenda, quæ in tuis Sanctis es  
 operatus; & ob admiranda præmia, quæ illis  
 contulisti: siquidem autem ad maiorem tuam  
 gloriam spectat, ut illi sint plurimi; adiun-  
 ge illorum numero, ut purè sancte-  
 que tibi seruiens, omnibus diebus  
 vitæ meæ; ascendam tandem ad  
 te cum illis fruendum  
 in æternum.  
 Amen.

FINIS QVINTAE PARTIS.





IX.  
tuus,  
ntis es  
uæ illis  
em tuam  
adiun-  
ncte-  
bus  
ad

IX.

Errata Quintæ Partis sic  
corrigere,

*Pagina 2. linea 2. transformamur. p. 10. l. 9. quis  
me libera. p. 11. l. 15. ipsemet. l. 19. quam. pag. 13. l. 9.  
maestando. p. 18. 1. in margine Isaiæ 53. 11. p. 29. l. 21.  
foli. p. 33. 4. perueniat. p. 45. l. 7. præiret. p. 46. l. 28.  
& sudario. p. 47. l. 14. consolationem p. 49. l. 3. con-  
sueuisti ~~deleatur.~~ l. 4. 5. & præsentia p. 50. 23. ne mo-  
reris. p. 54. l. 8. ibi, p. 57. l. 20. corpore. p. 62. l. 17. eis. l.  
29. exanguis. p. 69. l. 9. præcucurrit p. 71. l. 3. ascendã  
p. 74. l. ult. dele quia. p. 75. l. 21. caulam. l. 32. iudica-  
res. p. 90. l. 21. vnitione. pag. 93. l. 1. tenendam, ma-  
nu exten. p. 95. lin. 1. humiditates. l. 30. in margine.  
Apo. 5. 1. 8. p. 103. l. 8. illos. p. 107. l. 12. Petri, nec. p. 111.  
l. 5. apparuerit. p. 120. l. 19. Nathanael. p. 123. l. 10. rete.  
l. 14. Euangelii. p. 143. l. 10. commutauit. p. 160. l. 31.  
relin. p. 166. l. 18. tristitiã. pa. 198. li. 25. in tempore. p.  
207. l. 19. iudiciorum. p. 204. l. 2. donet. p. 226. lin. 6.  
exiguitatem. p. 283. l. ult. mentio. p. 36. l. 1. multum  
p. 290. l. 18. visione. & lin. 22. repletur. p. 318. l. ult.  
illius. p. 356. 20. offerebat. p. 369. l. 12. Petro. p. 376. l. 7.  
Sulamitis. p. 4. 27. 12. Christi. p. 437. l. 15. recitant.  
l. 16. subiun. p. 439. l. 11. accipienda. pa. 442. lin. 23.  
complectantur.*



COLONIAE,

*Excudebat Stephanus Hemmerden,  
Sumptibus Ioannis  
Kinckij.*

ANNO M. DC. XII.



Erstes Buch  
Cantus Partis II

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


den,




## Errata Quartæ Partis sic corrigere

*Pagina 5. linea 30. proprius. p. 7. l. 30. perspician-  
tur p. 43. l. 29. heroicis. p. 155. l. ult. fuerit. p. 160. l.  
ult. facienda. p. 231. l. 20. curam. p. 232. l. 31. dicere p.  
248. l. 19. charitas. p. 257. l. 26. eū. deletur. p. 267. l. 9  
Angelū 272. p. l. 11. quę deletur. l. 21. euaderet. p. 280  
l. 58. Sanguis effuse. p. 286. l. 1. quę deletur. p. 289.  
l. 16. proculdubio. p. 292. l. 17. vt ad. p. 386. l. 19. vt. p.  
397. l. 15. charitatis l. 17. vt p. 452. l. 14. resplendit.  
p. 456. l. 21. ne p. 460. l. 1. tota hæc linea est posita  
in præcedenti pagina. p. 466. l. 10. me. p. 428. l. ult. ti-  
tulum legerunt. p. 491. l. 7. humili. p. 543. l. 6. dari. p.  
574. l. 3. tu.*





















Th.

3177